

ecclesiam pertineat. Villam quoque Hofesteiten, quam tenuimus in feodo ab abbe de Saalfeld, similiter obtinuimus ab ipso eidem loco donare, ita tamen, quod in recompensationem eiusdem sanctimoniales dictae aliam villam in Bachelberg abbati de Saalfeld contulerunt. Addicimus insuper villam in Friesendorf et Ezenfeld et tres mansus in villa Schien. Jus etiam patronatus parochialis ecclesiae in Weisenbrunn congregationi contulimus. Et sic initiata fuit in Eberhardsdorf congregatio sanctimonialium, Sonnenfeld nominata. Sig. Henrici cum consensu haeredum. — Testes: Henricus pptus. maior, Henricus de Schonberg, Sigelochus de Keimnathen milites, Hermannus de Bothen. Datum et actum Babenberg in capitulo maioris ecclesiae anno 1264, ind. quarta.

1265, 9. Jun. p. 156.

Privilegium amplum Clementis papae IV, toti ordini Cisterciensi concessum. Datum Parusii V. Idus Junii, Pontificatus nostri anno primo.

1267, 5. Jul. pag. 168.

Nos Hermannus d. g. comes in Hennenberg notuimus facimus, quod Henricus, Ludovicus et Engelhardus fratres dicti Schottes renunciaverunt nobis omni iuri, quod habebant in decimis in Wolfsdorf et Waldenstat, tali conditione, quod senior fratrui, Henricus sc. Schotto ad manus nobilis viri comitis Ludewici de Oettingen easdem decimas resignabit. In medio tempore, quamdiu hoc non fecerit, nos erimus tutores huius facti, ne possit violari. Testes: dominus Burchardus et Conradus monachi de Langheim, Albertus de Hesseberg, Henricus Marschalcus de Strufe, Hertwicus frater suus, Conradus filius Iwanz, Conradus de Coburg, Theodericus

Vligerus, Rimundus de Kallvenberg, Sifridus scultetus de Rota, Herboto scultetus de Coberg et frater suus Henricus... Waltherus Wencko et frater suus Ortlibus.
Acta anno 1267, III Non. Julii.

(Cf. Reg. b. III, 289.)

1267. pag. 168.

Nos Ludovicus d. g. comes de Ottingen precibus abbatis et conventus de Langheim tradimus decimas villularum Wolfendorf et Waldenstat, accepta primum resignatione decimarum in manus nostras, vid. mediae partis decimae in Wolfendorf a Wilhelmo dicto de Wusterode et reliquae mediae partis eiusdem decimae in Waldenstat et duorum mansorum a Ludovico et Engelhardo fratribus et Theodorico filio fratris eorundem dictis Scotonibus, per cuius manum dicti duo fratres Ludovicus et Engelhardus decimas nobis, sicut a nobis in feodo tenuerant, resignaverunt, langheimensi monasterio, ut ibidem nostri memoria nominis et f. r. Conradi fratris nostri quondam comitis de Oettingen animae habeatur, et tanquam verus tutor filiorum fratris nostri antedicti b. m. vid. Ludovici et Conradi comitum de Oettingen haec approbamus. Sig. Ludovici. Testes: Siveridus miles de Thunszelingen, Siveridus de Falhem, Wilhelmus de Custillen, Henricus de Rihen.

(Cf. Reg. b. III, 295.)

1269, 1. Febr. pag. 169.

Nos Bertholdus d. g. bbgis. episcopus protestamur, quod abbas et conventus in Langheim decimas in Waldenstat et Rotendorf, in Wolfsdorf et in Theliz, nee non bona in Mistelfeld, unum molendinum in Wizpremm, unum mansum in Wiesent apud b. m. Fridericum quon-

dam scultetum in Lichtenfels et Jutam suam relictam, consensu Hermanni, Herdini et Friderici fratrum, filiorum Friderici et Jutae comparaverunt, quae bona Fridericus et ipsius filii a nobis et ecclesia bbg. in feodum habebant. Nos hanc emptionem confirmamus. Sig. episcopi. — Testes: Wickerus Wunewiesen miles, Henricus de Eberling de Smalete. Datum Bamberg anno 1269, Kal. Februarii.

(Cf. Reg. b. III, 319, ubi legitur: Datum Babenberg
XIII Kal. Februarii [20. Jan.])

1269, 24. Jun.

Herinannus et Otto fratres, comites de Orlemunde, silvam quandam ex alia parte Tussechnicz prope Bupach sitam, cum langhi. moio. hactenus litigiosam, liberam isti dimittunt. Testis: Ulricus de Heselo, comitum advocatus in Lewenstein. Act. et dat. VIII Kal. Jul.

(Reg. b. III, 329.)

1269 pag. 170.

Nos Waltherus d. g. abbas s. Viti in Therissa de consensu capituli nostri vendidinnus nostram (silvam), quae Hattenforst dicitur, abbatii et conventui ecclesiae langheimensis pro decem libris den. bambergensium tunc antiquorum. Sig. abbatis et capituli. Testes: Warmundus scholasticus, Albertus cellararius de Therissa, Albertus custos, Volknandus, Gebeno et Conradus de Bugenheim, Albertus dictus Gerwo, Conradus de Trappstat, monachi; Ebo conversus dictus de Grecstat, Helmericus scultetus, Fridericus forestarius, Rudegerus de Volkach, Henricus Stollo laici. Datum et actum in Theres anno 1269, septimo Februarii.

(NB. Das Holz ist zwischen Rothhof und Tambach, das hat man den Witzmannsbergern vor Jahren

um ihr Holz, so an das Closterholz stoesst, verwechselt, damit das Closter sein Holz beisammen hat.)

1270, 17. Febr., p. 171.

H. pptus., Eberhardus decanus, totumque capitulum maioris ecclesiae in Bamberg notum facimus, quod abbas et conventus in Langheim advocatiam in Krappenrode a Cunemundo de Sonnenberg pro quinquaginta sex libris comparaverunt, et quia quaedam bona in eadem villa ad nostram ecclesiam pertinebant, de nobis suppliciter postulaverunt, ut dicta bona ipsis pro aliis bonis in Uezingen, duobus vid. mansis, daremus, quod factum est, hoc tamen adiecto, quod si placuerit capitulo nostro eandem advocatiam emere infra duos annos, vident nobis ipsam pro 46 libris. Acta anno 1270, XIII Kal. Martii.

Conf. Reg. b. III, 341.

1270, 17. Mai. p. 172.

Nos Otto, Conradus, Eberhardus fratres carnales dicti de Vackendorf (al. Wunkendorf) notum facimus, quod quatuor feoda nostra in Tuschendorf tam in silvis, quam in pratis, quam in villis et in campus coenobio in Langheim appropriata eidem per dominos de Sluzzelberg, Eberhardum et Ulricum vendidimus pro viginti septem libris. Sig. dominorum de Sluzzelberg. — Testes: Eberhardus de Sluzzelberg et Ulricus frater suus, Brunwardus, Fridericus teloniarius, cives bbges., Johannes prior, Bertholdus custos, Wichardus sacerdotes et confratres in Langheim, frater Fridericus conversus eiusdem coenobii. Actum anno 1270, proximo sabbatho ante festum Potentianae virginis.

Cf. Reg. b. III, 347.

1270, 12. Jun. p. 177.

Nos Waltherus d. g. abbas in Theres notum facimus, quod nobilis foemina Gertrudis dicta Schwemmerinne in nostra praesentia remisit conventui langheimensi ius suum in bonis apud Wuelingen (Wülfing), quae conventus pluries impetiverat, vid. locum molendini apud Meinleit, piscationem et insulas attinentes. Consultulit etiam dictae ecclesiae in villa Wuelingen vineam, fere diurnale terrae habentem, inter vineas ecclesiae langhis. sitam. Insuper Herberdus dictus deilere, qui haec bona jam impetiverat, jus suum in dictis bonis conventui renunciavit. Testes: Eberhardus plebanus de Hasefurde, Gerlacus de Tunnefeld, Boto menclinus, Henricus cellararius, Cunradus Judaeus. Sig. abbatis. Acta anno MCCLXX secundo Idus Junii.

1271, 25. Oct. pag. 172.

Fridericus d. g. comes de Truhendingen notum facimus, quod de consensu puerorum nostrorum curiam nostram in Cotheln et duo feoda ibidem, nec non bona nostra in Chubiz, quae nobis iure proprietario attinebant, claustro in Langheim pro remedio animae nostrae nec non uxoris nostrae et puerorum nostrorum donavimus, tali tamen adiecta conditione, quod de bonis fratribus in Langheim in die s. Lucae evangelistae, qui est anniversarius uxoris nostrae, et in vigilia vel die bti. Nicolai, quoad vixerimus, cibis et potibus plene serviatur, post vero obitum nostrum in diem obitus nostri. Si autem dicta bona aliquem patientur defectum in redditibus octo librarum; de his Kunemundus de Gich et Eberhardus patruus eiusdem et qui tunc temporis Schesliz possideat advocatiam, tenentur facere supplementum.

Sig. comitis. — Datum anno 1271, in die Crispini et Crispiniani martirum.

(Cf. Ussermann l. c. nr. 197.)

1271, 28. Dec.

Hermannus c. de Orlamunde in remedium animae avunculi sui Ottonis ducis Meraniae delegat moio. in Lgh. villam suam Heinrichesdorf. Dat. et act. in die sanctorum innocentium.

(Reg. b. III, 381.)

1272, 5. Mz. pag. 174.

Nos Henricus de Sonnenberg notum facimus, quod bona in Cedula, quae Conradus quondam de Michelawe, filius Friderici b. m. quondam militis et familiaris nostri iure feodali a fratre nostro domino Cunemundo de Lichtenfels et a nobis hactenus habuit, precibus heredum dicti Conradi conventui in Langheim appropriamus. Sig. Henrici. — Testes: Henricus abbas senior, Wilhelmus cellararius, Gerardus subcellarius, Joannes subprior, Egno, Conradus, Ebo, Rudolphus monachi langheimenses. Cunemundus de Lichtenfels frater noster et Cunemundus filius noster, Eberhardus de Costen, Hermannus de Staffelstein. Datum et actum anno 1272, tertio nonas Martii.

(Cf. Reg. b. III, 389.)

1272, 14. Sept. pag. 176.

Nos Hermannus et Bertholdus d. g. comites de Henneberg notum esse cupimus, quod ad instantiam domini Eberhardi de Giech mansum unum in Schwabthal, quem a nobis titulo feudali tenet, sibi proprietavimus, ut eundem mansum pro libitu legare poterit. Sig. Her-

manni et Bertholdi. — Datum Hassefurte anno 1272, in exaltatione s. crucis.

1272. 28. Oct. pag. 175.

Ego Henricus nunc senior de Sonnenberg et nos Cunemundus et Eberhardus filii mei constare cupimus, quod divinae remunerationis intuitu, nec non ob amorem domini Marsilii abbatis et conventus in Langheim renunciavimus omni iuri nostro in villa Heinrichsdorf, quam vir nobilis et illustris Hermannus comes de Orlamunde ecclesiae praefatae contulerat. Eadem namque villam idem dominus comes apud nos sua pecunia comparaverat cum omni iure et decimis. Testes: Dominus Conradus pptus. ordinis s. Benedicti in Coburg, Conradus dictus Rorich, monachus in Langheim, Conradus Grube miles, Henricus dictus Judelin, Hermannus de Luter, Waltherus monetarius cives in Coburg. Sig. Marsilii abbatis et conventus in Lgh., et civitatis in Coburg, et antedicti ppti., ac Cunemundi et Eberhardi de Sonnenberg. Dat. in Coburg 1272, in die apostolorum Simonis et Judae.

(Cf. Ussermann l. c. nr. 199.)

1272, 13. Dec. pag. 173.

Nos Bertholdus d. g. bbgis. episcopus constare volumus, quod claustro s. Mariae in Langheim utrumque Dobersdorf eum advocatio et Breckendorf eum advocatio et decimam in Espach proprietavimus, sicut licet teneat et quiete. Sig. epi. — Datum Babenberg anno 1272, in die b. Luciae.

(Cf. Reg. III, 381 ad annum 1271, 13. Dec.)

1272, pag. 176.

Ego Regnoldus de Urach bona in Frauendorf, quibus Albertus de Frauendorf per me fuerat ipseudatus, ad petitionem suam abbatii et conventui in Langheim tradidi. Testes: Hermannus domini Friderici comitis de Truhendingen notarius, Eberhardus de Ebrach, Conradus de Wansasse, Albertus camerarius. Sig. Regnoldi.
— Datum anno 1272.

1274, 17. Mz. pag. 178.

Ego Berlinus scholasticus s. Stephani in Bamberg constare volo, quod aream meam in urbe iuxta curiam dominorum de Langheim, quam frater meus Ulricus quondam comparaverat apud quendam nobilem Hermannum de Ruche et ipsam mihi legavit, tradidi fratribus de Langheim in remedium animae meae. Sig. Berlini.
— Testes: dominus Ulricus can. s. Stephani et fratres quidam de Langheim. Datum Babenberg anno 1274, die Gertrudis.

1274, 2. Apr. pag. 179.

Nos Eberhardus miles dictus de Giech, dominus castri, quod Gügel dicitur, notum fieri cupimus, quod de consensu uxoris nostrae Ofeniae contulimus bona nostra in villa Schwabthal gloriosae virginis Mariae et conventui langheimensi, ubi cum conjugi nostra locum sepulturae eligimus, ut fratres ecclesiae in anniversario nostro et uxoris nostrae duo servitia honesta habeant. Testes: dominus Marsilius tunc abbas langh., Joannes Saxo custos, Theodericus camerarius, Egno, Cunradus, Gerlacus, Rudolphus sacerdotes et monachi in Langheim. Cunemundus, Cunradus, Henricus fratres nostri, Henricus de Luter, Eberhardus filius Henrici de Sunnen-

berg. Sig. Eberhardi de Giech. Acta anno 1274, quarto nonas Aprilis.

(Cf. Reg. b. III, 427.)

1274, 6. Apr. pag. 178.

Rudolphus d. g. Romanorum rex semper Augustus fideli suo Butigelario de Nurnberg gratiam suam. Cum abbatem et conventum de Langheim in nostram protectionem specialem receperimus, fidelitati tuae mandamus, quatenus abbatem et conventum tibi habeas nomine nostrae majestatis recommissos et non sinas ipsos a quoquam indebite molestari, sed eosdem benigne defendas. Datum apud Rotenberg 8 Idus Aprilis, regni nostri anno primo.

(Cf. Ussermann l. c. nr. 200.)

1274, 17. Nov. pag. 180.

Nos Otto et Fridericus d. g. comes de Truhendingen, nec non Fridericus d. g. praepositus Orngawensis, frater eorundem notum esse volumus, quod nos in remedium animarum nostrorum progenitorum vid. Friderici patris nostri comitis de Truhending et Margarethae matris nostrae p. m. villam in Wattendorf ad legationem patris nostri tribuimus coenobio langhi, hac conditione, quod abbas tria servitia annis singulis suo conventui ministret, primum Lucae Evangelistae, secundum Felicis et Adaucti, in festo s. Nicolai tertium. Sig. patris nostri p. m. cum adhuc propriis careamus. — Testes: dominus Berngerus abbas Ebracensis, dominus Rudolphus abbas Hailsprunensis, dominus Marsilius abbas langh., frater Dittricus et frater Eghno de Langheim, dominus Chunemundus (al. Chunradus) de Giech, dominus Ulricus et dominus Chunradus fratres de Mur, dominus Willingus de Truhending, dominus Wolframus de Wolfestal

milites, Henricus et Cunradus fratres de Gich, Fridericus asinus, Henricus de Schefstal, Hermannus de Löch. Acta anno 1274 apud Nurnberg XV. Kal. Decembris.

(Cf. Ussermann l. c. nr. 201.)

1275, 15. Nov.

Monasterii de Lgh. et relictæ dicti in Steinsvelt concordia de quibusdam agris in Wulflingen, moio. olim abstractis. Actum feria sexta post Martini.

(Reg. b. III, 473.)

1276, 6. Mz. p. 183.

Ego Iringus de Cunstat protestor, quod dimidium mansum nostrum in Altenkunstat, qui dicitur mansus Stroeclini, vendidi cum uxore mea et filiis meis domino Braunwardo civi bbg. uxori suae, Walthero et Cunrado filiis suis. Testes: Kunemundus de Giech, Bernarius et Otto scultetus dictus vulpes. Datum et actum anno 1276, feria sexta ante dominicam Oculi. — Sig. Iringi.

1276, 6. Mz. p. 182.

Nos Bertholdus d. g. bbgis. episcopus protestamur, quod Cunemundus de Lichtenfels mansum unum in Frauendorf, quem comparavit ab Arnoldo de Schönbrunnen, proprietavit una cum uxore sua clastro s. Mariae in Langheim, accedente ad hoc etiam nostra voluntate. Sig. epi. — Testes: Paneratius dictus Henlein de Plassenberg, Albertus filius suus, Otto advocatus de Wizmain, Henricus scultetus, et Henricus preco in Lichtenfels, Rudegerus dictus plapper. Datum apud Babenberg anno 1276, sexta feria ante oculi dni.

(Cf. Reg. b. IV, 5.)

1276, 27. Mz.

Coram Bertholdo bbg. epo. Otto de Schouvenberc ecclesiae in Lgh., propter damna a se illata, resignat bona Schirn et Pressans. Datum Babenberg in die s. Rudberti.

(Reg. b. IV, 7.)

1276, 27. Mz.

Coram eodem affinis suus, Heinricus, advocate de Gera, pro multis laesionibus ecclesiae langhi. illatis, resignat villam Suueinzhut et ecclesiae ibidem in terra Ruthenica cum duabus villis Verleins et Verleins. Dat. ibidem et eodem.

(Reg. b. IV, 7.)

1276, 8. Jul. pag. 184.

Nos soror Irmengardis dicta abbatissa Campisolis notum facimus, quod nos consensu conventus bona nostra in Altenkunstat vendidimus abbatii Marsilio et conventui in Langheim pro quindecim libris den. bbgium. Sig. abbatissae. — Testes: dominus abbas Herderius de Bildhusen, dominus Henricus quondam abbas in Langheim, dominus Gottfridus capellanus Campisolis, dom. Joannes custos, Didericus custos, dom. Gerhardus ac dom. Wilhelmus cellararius, dom. Conradus cognomine Rohrig, frater Conradus coenobii prepositus, et frater Godfridus Campisolis procurator. Datum et actum anno 1276 in festo martirum sanctorum Kiliani et sociorum.

(Cf. Reg. b. IV, 15.)

1276. pag. 183.

Nos Conradus de Wildberg constare volumus, quod mansum unum in Wisa (Wiesen) propter deum monasterio

in Langheim donavimus, sicut dominus Henricus de Hassevurt et liberi ipsius feodali iure a nobis habuerunt, quem mansum domina Jutta de Hasvurt coenobio in Langheim in obitu suo contulit et Albertus filius suus nobis resignavit. Sig. Conradi. — Testes: dominus Albertus abbas de Banz, Henricus prior in Langheim, Henricus antiquus abbas, Sifridus de Redwiz, Ulricus de Redwiz, Henricus forestarius, Henricus de Wirsbach. Otto filius Bruninges. Data et acta anno 1276.

(Cf. Reg. b. IV, 25.)

1278, 6. Febr.

Heinricus de Gera, advocatus, confert ecclesiae lghi. villam in Swinshutten et duas villas Verhelins. Datum et actum in Lobenstein VIII Id. Febr.

(Reg. b. IV, 59.)

1278, 1. Jul. pag. 188.

Nos Otto miles dictus vulpes, scultetus in Babenberg, una cum domina Gerdrude conjuge nostra, profitemur, quod nos omni iuri in piscatione et fato molendini, qui vulgo Mühlwert dicitur, in Wülflingen, quae utraque ex antiquo nobis pertinenter a nobili domina Mechtilde socru nostra, relieta nobilis viri Alberti b. m. Sweimarii, qui eadem bona tenuerat ab ecclesia langhi. et per ipsum ad nos fuerant devoluta, ecclesiae langheimensi renunciamus cum omnibus liberis et posteris nostris. Sig. civium et Ottonis. — Testes: Hermannus abbas langh., Ebo prior, Godfridus subprior, Rudolphus cellararius, Theodericus camerarius monachi langh., Brunwardus et filius suus Waltherus, Bertholdus filius camerarii, Henricus filius Brunwardi, Berlinus, Sifridus de Culmena cives Bambergenses. Acta in Babenberg anno 1278 in octava b. Joannis Baptistae.

1278, Aug. pag. 185.

Bertholdus d. g. episcopus herbip. notum facimus, quod cum abbas et conventus de Langheim decimam novalium in Duringstat apud Henricum filium quondam Wolframi dicti Hohe, qui illum a nobis in feodo tenuit, pretio trium librarum de consilio Theinonis et Caroli fratrum de Lichtenstein ipsius Henrici mundiportatorum comparassent et quod idem Henricus decimam nobis resignavit, tradimus, recepta primum recompensa de manso uno in Hartratsdorf, decimam dictam monasterio in Langheim. Testes: decanus de Wisach, Wolframus de Rothinhagin, Albertus de Lichtenstein, Hermannus Muzzel, Joannes Fliger, Theino et Carolus fratres de Lichtenstein. — Sig. epi. — Datum Herbipoli anno 1278, mense Augusto Pontificatus nostri anno quarto.

(Cf. Reg. b. IV, 75.)

1278, 11. Oct. pag. 186.

Bertholdus d. g. episcopus herbip. notum facimus, quod nobis Hermannus in Langheim exhibuit litteras, de verbo ad verbum haec continentibus: Iringus etc. (cf. 28. Jul. 1255). Hoc eidem monasterio confirmamus de expresso capituli consensu. Datum Herbipoli anno 1278, quinto Idus Octobris. ind. XII, pontificatus nostri anno quarto.

1279, 4. Mz., pag. 191.

Nos Bertholdus d. g. bbgis. episcopus notum facimus, quod nos abbatem et conventum in Langheim propter continuam reparationem pontis in Hochstat, ab eis faciendam, hac respeximus gratia, ut nulli hominum a dicto ponte in ascensu in flumine dicto Mewen, quantum unus cum balista binis vicibus balistare poterit, et ab eodem ponte in descensu, quantum semel balistare

poterit, piscare liceat, nisi fratres monasterii. Sig. epi.
— Datum in Langheim anno 1279 quarta Nonas Martii.
(Cf. Reg. b. IV, 87.)

1279, 23. Jun. 192.

Ego Ludolphus de Bertstat (Reg. b. Berlstat.) notum facio, quod pro restauro quinquaginta librarum, in quibus conventus langhis. in eius villis Heinrichsdorf vid. et Wolframsdorf a me et meis damnum cum aliis offenditionibus recepit, contuli dicto conventui villam meam Ludenbach cum pertinentiis. Praeterea restitui unum mansum in Lint, quia eundem mansum dominus Cunemundus de Sonnenberg cum uxore sua in remedium filii sui dederat conventui in Lgh. — Testes: dominus Bertholdus plebanus de Rothen, Theodericus de Henricus de lapide, Godfridus sagittarius, Hermannus scultetus de nova civitate, Ulricus de Dabeja, Sigilo de Kemenathen, Henricus de Kemenathen, Conradus de Harra. Sig. Ludolfi. — Datum anno 1279 in vigilia s. Joannis baptistae.

(Reg. b. IV, 772.)

1279, 18. Aug.

Bertholdus eps. approbat compositionem Hermanni abbatis et conventus lghis. ex una et Alberti plebani in Teuschenitz ex altera parte. Datum Babenberg XV Kal. Sept.

(Reg. b. IV. 97.)

1279, 16. Dec. pag. 190.

Nos Fridericus d. g. comes Truhendingen dedimus villam nostram in Melckendorf cum universis iuribus suis, ripis, arvis, pratis, virgultis et attinentiis ecclesiae s. Mariae in Langheim pro sexaginta quatuor libris halensium cum iure redemptionis infra duos annos de consensu Hermani abbatis de Langheim. — Testes: dominus Eggeno sacerdos monachus in Langheim, dominus Ul-

ricus et Conradus fratres de Mur, dominus Willingus, dominus Wolframus de Wolfestat, dominus Otto Wurinach, dominus Ulricus de Weinach, Henricus scaupo, Conradus de Giech. Datum in Truhendingen anno 1279, XVII Kalendas Januarii. Sig. comitis et abbatis de Langh.

1280, 17. Apr. pag. 198.

Nos Bertholdus d. g. bbgis. episcopus profitemur, quod decimam totalis villaे de Bernreuth, quam Conradus de Görn a nobis tenebat in feudo, ab abbatе de Langheim pro pretio quatuor librarum comparatam, ecclesiae langhi. proprietavimus. Sig. epi. — Testes: Emicho decanus majoris ecclesiae bbgis. Henricus decanus de Cronach, Bertholdus scriba, Cunemundus de Ich (Giech), Ulricus de Koenigsfeld, Babo. Datum in Langheim anno 1280, quintodecimo Cal. Maii.

(Cf. Reg. b. IV, 117.)

1280, 30. Apr. pag. 198.

Nos Bertholdus d. g. episcopus bbgis. ad preces abbatis et conventus in Langheim homines eorum habitantes in villis Wattendorf et Espe a judicio nostro, quod dicitur Cent, excepto furto et homicidio, quod nobis reservamus, immunes esse volumus et exemptos, hac conditione, si nobilis vir Fridericus de Truhendingen homines, quos in districtu nostro habet, exemptos ab hujusmodi iudicio probaverit. Sig. epi. — Datum Babenberg anno 1180, pridie Cal. Maii.

(Reg. b. IV, 117.)

1283, 23. Aug. pag. 199.

Nos Rudegerus miles dictus de Sparneck cum domina Sophia coniuge nostra langheimensi ecclesiae villam

nostram Wolbramsreuth (Wolframsreuth), a domino Reimundo de Künsberg comparatam, legavimus post obitum Sophiae coniugis nostrae, ut de proventibus villulae dictae panis triticeus in vigilia assumptionis b. Mariae detur in conventu monachis et conversis. Sig. Rudegeri. — Testes: Joannes prior et Conradus pptus. de Lgh., Marquardus miles dictus de Mengersreuth, Rudegerus dictus de Künsberg, Eberlinus et Leo dicti de Blassenberg, Albertus Henlinus. Acta anno 1283 in octava assumptionis s. Mariae.

(Cf. Reg. b. IV, 225.)

1283, 26. Aug. pag. 201.

Nos Bertholdus d. g. eps. bbgis. notum facimus, quod fidelis noster Marschalcus Gundelous, filius quondam Ditrici de Ditrichsdorf villam dictam Lehen tradidit ecclesiae langheimensi in remedium patris sui et in recompensam quorundam damnorum, quae pater dictus intulerat ecclesiae lghi. Nos hanc villam appropriamus ecclesiae lghi., sicut pater ipsius eandem a nobis in feodo habuit. Sig. epi. — Testes: fideles nostri Ditricus et Gundelous de Kunstat, Henricus Stuchse de Hochstet, Henricus de Smehaim, Ditricus capellanus noster, Dietricus notarius noster. Actum et datum Babenberg anno 1283, septimo Kal. Septembbris.

NB. Das Zehntlein und die Güter im Dorf zum Lehen verkaufte der Abt Johannes, Prior Heinrich und Convent zu Lgh. an Bürgermeister und Rath zu Ummerstat um 75 Gulden.

1284, 16. Febr. pag. 203.

Nos Otto comes de Orlamunde profitemur, quod Eberhardus miles dictus Fortzscho quandam villam Igelsreuth, quam a nobis medium in feudo tenuit cum

decima, nobis resignavit, ut villam cum decima appropiare dignaremur monasterio in Lgh., quod ipsam villam pro quadraginta talentis den. bbgium. ab eo comparavit. Nos dictam villam cum domina Agnete uxore nostra, nec non filiis monasterio in Lgh. donavimus. Sig. comitis. Testibus Alberto Vortschone ac iuniore Bernero militibus, Henrico de Wirsberg, Heroldo de Hogo, Bopone de Loche, Rudolpho quondam priore. Acta anno 1284, XII Cal. Febr. (mel. XIV Cal. Martii) in die b. Julianae virginis.

(Cf. Reg. b. IV. 238.)

1284, 26. Febr. pag. 204.

Nos Otto d. g. comes de Orlainunde notum facimus, quod nos villam Wickenreuth, cum omni iure per Eberlinum de Blassenberg fidelem nostrum nobis resignatam, appropriamus monasterio in Langheim cum consensu Agnetis conthoralis nostrae ac filiorum nostrorum Hermanni et Ottonis. Testes: Eberhardus senior Fortscho, Marquardus de Mengersreuth, Otto lupus et Carolus de Bromeinze milites nostri, Conradus dictus lupus castellanus noster in Tregast. — Sig. comitis. — Datum et actum anno 1284, Sabbatho ante dominicam Invocavit.

1284, 19. Dec. pag. 205.

Bertholdus d. g. herbip. episcopus mandamus ad vocatis, scultetis et Centgrafiis nostris, ut homines abbatis et conventus moii. in Langheim ad nullum iudicium compellant vel adstringere attemptent, nisi solum ad illud, quod natura Nothnunst, furti, homicidii vel vulnerum fluentium sapere videatur. Datum Herbipoli feria tertia post Luciae, pontificatus nostri anno decimo.

1284. pag. 205.

Nos Otto d. g. comes de Orlamunde constare volumus, quod nos ad petitionem Eberhardi conversi dicti de Hutzdorf, sororum eius Hedewigis vid. et Dymundis, nec non Conradi filii ipsius bona sua in Hutzdorf appropriavimus monasterio in Langheim, nec non bona filiae Arnoldi de Hutzdorf, fratris Eberhardi conversi, declarantes, quod soror tertia Eberhardi conversi, quae nupsit Eberhardo coquo, nihil juris habuit in bonis eisdem. Testes: Ramungus et Eberlinus fratres dicti de Blassenberg, Eberhardus Fortscho, Marquardus de Mengasreuth fideles nostri, nec non cives nostri in Culmbach, senior Trugenmünch, Conradus filius ejus. — Sig. comitis. — Actum et datum Culmbach anno 1284.

(Schultes, hist. Schriften I, 87.)

1284. pag. 206.

Nos Conradus d. g. comes de Wiltenberg decimam totalem in langenstat cum attinente area, accepta primum resignatione in manus nostras ab Eberhardo et Alberto dictis Fortschonibus et Berneris patruis eorundem, qui omnes dictam decimam a nobis in feudo tenuerant, monasterio in Langheim appropriamus, consensu domini herbip. episcopi, a quo ipsam in feudo tenuimus. Testes: Theodericus dapifer de Blanckenberg, Theino filius ejusdem, Henricus de Gruzingeshusen, Raymundus et Ludovicus frater eiusdem de Würckheim, Marquardus de Blofelt, Henricus de Guscherhausen.

1284, 19. Dec. pag. 207.

Bertholdus d. g. herbip. episcopus notum facimus, quod nos abbati et conventui monasterii in Langheim illam decimam in Langenstat ac aream eidem attinentem, a nobis in feudo procedentes, quas vir nobilis Con-

radus comes de Wildberg, antea sibi per Eberhardum et Albertum dictos Fortschones et Berneros patruos eorumdem libere resignatas, nobis resignavit, tradimus et donamus. — Sig. epi. — Datum Heripoli anno 1284, feria tertia post Luciae virginis, pontificatus nostri anno decimo.

(Cf. Reg. b. IV, 263.)

1285, 7. Mz.

Laudum Winrici de Ebraco, Hermanni de Lancheim, abbatum, Kraftonis et Godfridi de Hohenloch, eo latum, quod de exactione, super forum in civitate Heripolensi ponenda, cives recipient duos denarios et dimidium, dominus episcopus autem unum et dimidium. Actum Heitingsvelt, datum Heripoli. Non. Martii.

(Reg. b. IV, 271.)

1285, 13. Mai. pag. 208

Nos Bertholdus d. g. bbgis. episcopus notum facimus, quod decimam in Schoenebrunne cum omnibus bonis nostris ibidem, et villulam Reuth, bona nostra etiam in superiori et inferiori Waldenstadt et piscinam, quae a Cunimundo de Sonnenberg conquisivimus, universa nostris laboribus comparata, monasterio langheimensi in recompensationem servitorum nobis exhibitorum et damnorum per nos et nostros dictae ecclesiae illatorum appropriamus. Nulla violentia a nostris iudicibus et preconibns hominibus et colonis dictae ecclesiae inferatur, nec ad aliud quidquam accusandum in nostris centis vel iudiciis compellantur, praeterquam defurtis, homicidiis et Nothnunst, quae ex antiquo nostro iudicio sunt addicta. Caetera universa emergentia ipsi de suis hominibus iudicent. Sig. epi. — Testes: Lupoldus praepositus majoris ecclesiae bbgis. dictus de Krind

dila, Henricus pptus. veteris capellae ratisponensis dictus de Schellenberg, Johannes pptus. s. Jacobi dictus de Müchel, Henricus de Eberstein can. bbgis., dictus scholasticus ecclesiae s. Mariae in Teuerstat, Heinricus can. s. Jacobi dictus Mertzmann, Heinricus capellanus noster. Eberhardus de Schawenberg, Ekko. Actum et datum Babenberg, anno 1285, III Idus Maii.

(Cf. IV, 277.)

1285, 16. Mai. pag. 209.

Ich Albrecht der Junge Voertsche thuen kund, das ich han gegeben meiner Wirtinne Frau Judten mit meines Sunnes Albrechtes Willen und mit meines Bruders Eberhardts Rathe das Eigen zu Mengau, das ich zu dem Marschalke kaufte und den Zehenden zu Hutesdorf und Lymmersdorf als ihr Morgengabe. Ins. des Albrecht und seines Bruders Eberhard. — Zeugen: Eberhard mein Bruder, Bruder Otto und Bruder Betzmann, Wolfram der Marschalk, Heinrich und Cunrad von Klefheim, Albrecht Voertschlein. Geschehen zu Thurnawe 1285 an der Mitwochen in der Pfingsten.

(Cf. Reg. b. IV, 279.)

1285, 25. Juni. pag. 210.

Nos Otto canonicus bbgis., Hermannus et Otto fratres d. g. comites de Orlamunde innotescere cupimus, quod ius nostrum patronatus ecclesiarum parochialium in Culmbach et Drosenfeld contulimus consensu matris nostrae dominae Agnetis monasterio langhi. et concensu dioecesani accedente. Insuper duos mansos in villa Buch deditimus dicto monasterio ad memoriam patris nostri p. r. quondam Ottonis illustris comitis et progenitorum nostrorum. Et ut in anniversario ipsius patris nostri in refectorio fratribus vino, pane triticeo et pis-

cibus annuatim serviantur, duos mansos una cum illo manso, quem pater noster tradiderat in remedium Eberhardi de Waldenfels, monasterio in Lgh. immunes a jure advocatiae dedimus. Sig. comitum. — Testes: Cunemundus de Gich, Helwicus de Blassenberg, Cunemundus frater eiusdem, Eberlinus de Blassenberg, Henricus et Albertus dicti Heinlein, Heroldus de Hauge, Conradus lupus, Heinricus de Tegenstete. Datum et actum Babenberg anno 1285, in christino bti. Joannis Baptistae.

(Schultes, l. c. p. 87.)

1286, 22. Febr. pag. 211.

Ich Eberhard von Thurnau der Foertsch thue kund, das ich geschafft han meiner Hausfrauen von voerdersten ihr Morgengab das Dorf zu Limmarsdorf mit dem Satze der Kirchen, das ich kauft zu dem Rindesmuhl und zu den von Haug; dazu schaff ich ihr das Guthe zu dem Neuendorf under Warttenberg mit den Zehenden; dazu das Guth zu Reuth bei Kassendorf, da han ich vier Mann, dazu die Mühlenschwein, dazu Krassa. Dies Gute soll sie haben lediglichen bis an ihren Tod. An ihrem Tode mag sie davon schaffen umb unsere Seele 40 Pfund Heller; das Gut soll aber unsren Kindern zufallen. Will aber meine Hausfrau einen Wirth nach mir nehmen, so sollen ihr geben meine Kinder 200 Pfund für die Gute. Diese seynd die Leuthe, die meiner Hausfrauen Morgengabe sind: Friderich von Atzendorf etc. Die Güter sollen meine Kinder, die ersten und die andern theilen: zu Tolens 5 Gute, dazu eine Hueb zu Kemmeritz, dazu 4 Gute zu Limmarsdorf, die mich von meiner Mutter angefallen. Aber eine Hueb zu Menegau, dazu 2 Selden-Lehen daselbst, ein halbes Dorf Eberhardsreuth und das Holz und Wiesen zu

Hutschdorf und einen Hof zu dem Horen und die Wies. Aber von Niedernweyern, bin ich nicht, soll mein Sone alle Jahre zu Langheim ein Dienst von Fischen geben. — Ich schaffe meiner Tochter Alheid andert halbhundert Pfund von meinen Erb als ihr Erbtheil. — Ich schaffe den Herrn zu Lgh. für meine Seele eine Hueb zu Hutschdorf und Selten-Lehen an Holtz und Wiesen, das gehoert meinen Kind an, das man alle Jahr meinen Jahrtag begehen und den Herrn einen Dienst davon gebe; Ich schaffe den Frauen zu Sonnenfeld die Mühl zu Dolens, um 10 Pfund soll sie meinen Kinden ledig sein; Ich schaffe den Frauen zu Himmelchron ein Hueb zu Tolens; wenn die Frauen davon verdient haben 10 Pfund, so soll sie meinen Kinden ledig sein; Ich schaffe meinen Brüdern die Hueb zu Limmarsdorf, da Hermann Schilling aufsitzet, zuerst soll aber den Frauen zu Markburghausen davon 10 Pfund gefallen. Darüber thun ich kundt, das ich, ob ich on erben verfahre, meinen Bruder Albrecht und seinen Sohn Albrecht gegeben han Thurnau und alles mein Erbe, das ich vor nicht hingeschaft han. Auch hat er mir alssam gegeben und meinen Sohn Eberhard, ob er on Erben verfehrt. Dazu bekenn ich, das meine Tochter nach ihr werden nichts anders, dann ich an diesen Brief bescheidet han, auf meinen Guten zu sprechen habend. — An diesen Geschaeften seind gewesen und sind Zeugen: Herr Conrad von Wirtesberg, Herr Albrecht der Foertsch und aber Albrecht des jungen Foertsehēn Sohn, Herr Conrad von Blanckenfels, Herr Hermann Foertsch, Heinrich von Wirtsberg, Herr Albrecht der alte Kammerer, Herr Albrecht Gareysen, Dietterich der Kornherr, und unsere Leuthe Albrecht Foertschlin, Hermann von Schwernitz, Heinrich von Atzendorf, Friederich von Atzendorf, Ditterich Tichter

und Ott sein Sohn. Dieses ist geschehen 1286 an St. Peterstag vor Fastnacht.

(Cf. Reg. b. IV. 301.)

1286, 1. Jul. pag. 214.

Nos Ulricus de Schlüsselberg profitemur, quod bona monasterii in Lgh. sub advocatiae titulo vel per modum iuris vel consuetudinis a quopiam non meminimus impugnari, sed eandem ecclesiam in bonis suis possessionem quietam habere cognovimus a temporibus retroactis. Sig. Ulrici. — Testes Popo, Eberhardus, Hermannus fratres dicti Gross, Almanus, Waltherus de Cellesdorf, Sifridus, Plessine, milites. Datum anno 1286 Studberg (? Stritberg) in octava s. Joannis Baptiste.

1286, 9. Jul. pag. 214.

Nos Otto et Gotfridus fratres dicti de Schletten profitemur, quod de consensu fratrum et sororum nostrarum villulam nostram Ursfeld, quae contigua est villulae Neuendorf, quam Arnoldus Gerwe a nobis in feodo tenuit, accepta ab eo resignatione propriavimus ecclesiae in Lgh. Sig. abbatis de Bildhusen et commendatoris domus Theutonicae in Münrichstat. — Testes: dominus A. prior de Bildhusen, hospitalarius de Lgh., Albertus Knürlein miles, Sagwinus frater suus, scultetus dictus Mandaw, H. Ckerich, B. prel cives in Munrichstat. Datum et actum anno 1286 in crastino b. Kiliani matyris.

(Cf. Reg. b. IV. 315.)

1287, 14. Jul. pag. 216.

Bertholdus d. g. herbipol. eps. recognoscimus, quod Theodericus Jwanus et fratres de Mernhusen decimam in Schleßtach nobis resignaverunt et precibus eorum eandem abbati et conventui in Lgh. donamus. Sig. epi.

— Datum Heripoli anno 1287, in crastino divisionis apostolorum, Pontificatus nostri anno XIII.

1288, 7. Mz. pag. 220.

Ego Engla relicta Sifridi quondam dicti de Redwitz recognosco, compositionem intervenisse inter me et haeredes meos Otnandum et Sifridum ab una et monasterium langhe. a parte altera super bonis nostris in villa Schwarzach. Taliter est ordinatum, ut monasterium medietatem ipsorum bonorum possideat. Ego vero et filii mei partem aliam possidebimus. Insuper recognosco, quod Eckenbertum de Kunstat et filios eius constituimus fide iussores de certa Warandia bonorum eorum, ut monasterium nullam calumniam patiatur. Testes: domini H. O. et C. plebani in Cunstat veteri et novo, Eckenbertus Fortscho, Ludowicus officialis, Rudolphus cives. Sig. dominorum Fortschonum de Thurnau et Gundelochi marschalci. Datum anno 1288, Dominica laetare.

(Reg. b. IV, 363.)

1288, 1. Jul.

G. comes in Suarzbork, mediante Henrico, archiepiscopo Moguntinensi, monasterio lghi. in recompensationem multipicum damnorum tradit nemus, situm inter villam Effeldern et villam Zirn. Dat. et act. in octava Johannis Bapt.

(Reg. b. IV, 377.)

1288, 28. Jun. pag. 221.

Nos Hermannus d. g. comes de Henneberg recognoscimus, quod bona monasterii in Lgh. sub advocatiae titulo vel per modum iuris vel consuetudinis a quoquam non meminimus impugnari etc. ut supra 1. Jul. 1286. Sig. comitis. — Testes: Joannes de Haydecke, Henricus

de Smeheim, Cunradus de Coburg nostri milites. Datum in Coburg anno 1288 in vigilia ss. Petri et Pauli apostolorum.

(Cf. Reg. b. IV, 377.)

1288, 13. Sept. pag. 223.

Nos Bertholdus d. g. eps. bbgis. notum facimus, quod duas villulas dictas Neuseze et Mahlendorf iuxta Sesla, quas fidelis noster Theino de Smeheim a nobis iure tenuit feodali, idem ecclesiae in Langheim consentientibus uxore sua et pueris ipsius donavit. Nos hanc donationem confirmamus. Sig. epi. — Testes: fideles nostri Herdegnus de Grindla, Theodericus de Kunstat, Heinricus de Smeheim, Conradus de Coburg, Wolframus de Rottenhan, Marquardus de Elehs, Conradus Crasso, Heinricus et Cunradus de Libenowe. Datum et actum Staffelstein anno 1288. Idus Septembris.

1288, 28. Oct. pag. 224.

Nos Sibertus dictus de Windecke profitemur, quod de consensu filii nostri Gundeloi, ceterorumque puerorum nostrorum bona quaedam, vid. mansum in Dabermannsdorf et quoddam molendinum in villa zum End, quae bona Boppo de Tuchenze a nobis resignavit, appropriavimus ecclesiae B. M. V. in Langheim. Testes: dominus Hermannus abbas de Langh., Ebo bursarius, Joannes cellararius, Otto praepositus, fratres ibidem, Conradus plebanus in Bure-Ebrach. Datum Babenberg anno 1288 in die apostolorum Simonis et Judae.

(Cf. Reg. b. IV, 387.)

1288, 24. Nov.

Elisabeth dicta Morherthinne abbati Hermanno in

Lgh. tradit bona sua Herbipoli. Acta in vig. b. Katharinae praesente domino Alberto decano in Hauge.
 (Reg. b. IV, 389. — Cf. VII. Bericht des hist. Vereins
 pag. 228.)

1288. pag. 222.

Ego Christianus scultetus de Coburg notum facio,
 quod pro remedio animae meae et uxoris meae curiam
 meam in villa Heyreuth domino Hermanno abbati et
 conventui moi. in Lgh. tradidi. Sig. Bopponis d. g. co-
 mitis de Henneberg et universitatis civium in Coburg.
 — Testes: dominus Hermannus abbas in Lgh., Ebo,
 Rudolphus, Wilhelmus sacerdotes et monachi ibidem.
 Godefridus dictus Snabel, Conradus monetarius, H. dic-
 tus Strolin, Heroldus et filius suus Petrus cives in Coburg.
 Actum anno 1288.

(Cf. Reg. b. IV, 395.)

Circa 1288. pag. 220.

Nos Theino dictus de Smeheim constare volumus,
 quod cum domina uxore mea et consensu domini Theodo-
 rici socii nostri villulas nostras vid. Neusses et Mah-
 lendorf, quas ab episcopo bbgi. nomine feudi tenuimus,
 langheimensi ecclesiae legavimus cum una silva, ut in-
 dicto monasterio memoria nostra habeatur.

1289, 28. Febr.

Nicolaus papa IV inhibet, ne quis monachos, ani-
 malia seu bona moi. langhis. occupare, vadiare seu
 detinere praesumat. Dat. Romae apud s. Mariam
 majorem II Kal. Martii Pontif. anno II.

(Reg. b. IV, 403.)

1289, -28. Mz.

Idem libertates et immunitates moi. in Lgh. confirmat. Dat. Romae apud s. Mariam majorem V Kal. Aprilis. Pontif. anno II.

(Reg. b. IV, 407.)

1289, 2. Jun. pag. 225.

Ego Fridericus de Razenberg protestor, quod omnem imputationem et omne ius in villulas Neuses et Mahlendorf cum silvis Styblin et Hayn in manus doi. Hartmanni abbatis de Lgh. resignavi et ipsa bona langhi. ecclesiae conservanda Siberto, Eberhardo, Henrico, Egirheer (sic), Henrico magno iure contuli feodali. Sig. domini Henrici praepositi de Coburg et civitatis eiusdem. Testes: Joannes de Waldecke, Henricus de Smeheim, Cunradus de Coburg milites, Christianus scultetus, Cunradus monetarius, Gotfridus Rostem, Heroldus et Petrus filius eius cives de Coburg. Acta anno 1289 in die ss. Martirum Marcellini et Petri.

(Cf. Reg. b. IV, 413.)

1289, 4. Jul. pag. 290.

Ego Conradus de Viesberg profiteor, quod domina Alheidis coniux mea de consilio Friderici de Hassefurth patris eius et ex consensu meo omni iuri in curia Hewrith, quae quondam dicti Friderici patris ejus fuerat, manu et calamo renunciavit et lghi. ecclesiae resignavit. Sig. domini praepositi de Wetherswinkel. — Testes: Albertus et Otto de Gastheim, Albertus de Ibisvelt, Albertus de Seustroe, Symon et Heinricus fratres de Visberg. Datum et actum in Gastheim anno 1289, quarto nonas Julii.

1289, 24. Aug. pag. 225.

Carolus dictus de Curia omnem impetionem sive ius, quod sibi in curia Heyrith competere asserebat, abjuravit et ecclesiae in Langheim resignavit. Sig. Gundelochi Marschalcii. — Testes: Fridericus plebanus de Banze, Gundelochus Marschalcus et Eberhardus filius ejus, Fridericus de Razenberg, Wintherus de Frauendorf, Wolframus dictus de Berfrid, Ortolfus de Rottenawe. Acta anno 1289 in die Bartholomei apli.

1289, 25. Sept. pag. 226.

Wir v. G. G. Grave Friederich von Truhending verjehen, das wir alles unser Eigen vff den Gebürge haben hingeben dem Gotteshaus zu Langheimb, bis sie dar abgenommen 200 Pfund Bbger. Pfenning und swenne sie die eingenommen, soll das eigen wider gefallen an unser Erben. Ueber das sollen sie auch biesen 20 Pfund Gulte von den 200 Pfund zu unserm Seelgeräthe mit Seelmessen und Dinsten. Ins. des Grafen. — Geschehen zu Gunzenhausen am Sonntag vor s. Michaelstag 1289. Gezeugen: unser Oheim Friedrich der Schenke von Limburg, unser Pichtiger Bruder Ditterich Prediger Ordens, Ulrich von Geissendorf, Herr Cuntz und Herr Ulrich Murr, Herr Berthold von Vennebach, Siebert unser Druchsen, und Herr Wolframe von Geissendorf.

(Cf. Reg. b. IV, 421.)

1289, 14. Oct. pag. 227.

Ego Conradus de Coburg constare cupio, quod legavi manibus coadunatis uxoris meae Gislae et filiorum meorum Conradi et Alberti bona mea in villa Autenhausen monasterio in Langheim, ut in anniversario meo et uxoris meae ab eisdem bonis conventui langhi. in

uno plenario et honesto servitio annis singulis ministretur.
Testes: Ebo bursarius, monachus in Lgh., Urbanus scultetus in Coburg, Christianus scultetus in Essvelt, Conradus monetarius in Coburg, Gotfridus Snabel. Datum anno 1289 in die bti. Calixti papae et martiris. Sig. domini mei Hermanni illustris comitis de Henneberg et civium in Cobnrg.

(Cf. Reg. b. IV, 423.)

1290, 20. Jan. pag. 228.

Nos Conradus d. g. comes de Wildberg constare volumus, quod Henricus et Albertus dicti de Guberstat cum liberis suis vid. Alberto, Henrico, Joanne, Hermano et Joanne sex bona in Muckenbach, quae a nobis iure feudalij dinoscuntur habuisse, domino Hartmanno abbati et conventui in Lgh. pro quadam pecuniae summa vendiderunt. Nos facta ad nos resignatione, ut ex postulat ordo iuris, abbati et conventui bona in Muchenbach appropriamus. Sig. comitis. — Testes: frater Bertholdus rector curiae in Tambach, fr. Joannes quondam provisor in nemore, fr. Albertus quondam plebanus in Schalcken, monachi in Lgh., Ludewicus plebanus in Ummestat, Christianus scultetus in Coburg, Petrus civis ibidem, Heinricus dictus Wirt scultetus in Ummerstat, Arnoldus ibidem. Datum in Wildberg anno 1290 in die Fabiani et Sebastiani.

(Cf. Reg. b. IV, 433.)

1290, 23. Febr.

Instante Manegoldo, epo. heripli., bona in Kololsheim ab abate H de Langheim moio. Ebracensi amicabiliter relinquuntur. Datum in vigilia Mathiae, Pontif. anno III (II).

(Reg. b. IV, 439.)

1290, 1. Mz. pag. 238.

Nicolaus IV. papa abbati et conventui langhi. salutem. — Cum praedecessores vestri defensionem villarum Burckersdorf, herbip. dioecesis, b. m. Hermanno herbip. epo. commississent, ac idem eps. a singulis rusticis villarum ipsarum unam gallinam et quandam ave nae mensuram indebite exegisset, b. m. Iringus herbip. eps. successor Hermanni hanc exactionem illicitam sponte remisit et postmodum b. m. Bertholdus eps. herbip., Iringi successor, de consensu capituli sui eandem remissionem ratificavit. Nos hoc auctoritate apostolica confirmamus. Datum Romae apud s. Mariam majorem, Cal. Martii, pontificatus nostri anno secundo.

1290, 12. Mz. pag. 235.

Nos Conradus d. g. comes d. Wildberg constare volumus, quod Conradus, Henricus, Eberlinus et Popo fratres dicti fabri de Ebern decimam in Truschendorf, quam a nobis iure feodali habuerunt, domino Hartmanno abbatи et conventui de Lgh. pro quadam pecuniae summa vendiderunt. Nos tradimus hanc decimam mio. in Lgh. — Sig. comitis. — Testes: Bertholdus rector curiae in Tambach, fr. Joannes quondam et rector in nemore, fr. Albertus quondam plebanus in Schalken, monachi in Lgh., Conradus decanus in Wisa, Gotfridus et Arnoldus sacerdotes ibidem, Joannes miles dictus Vliger, Rudegerus de Merzbach. Datum in Wilperg anno 1290 in die b. Gregorii Martij.

1290, 28. Mz. pag. 229.

Nicolaus papa IV. confirmat mio. langh. omnia privilegia. Dat. Romae apud s. Mariam majorem V Cal. Aprilis Pontificatus nostri anno secundo.

1290, 1. Apr. pag. 230.

Ego dictus Planckner, castellanus domini bbgis. in Kunstat, cessi cum uxore mea actioni in villam Docben. Centum (ad marg. Caeterum) botos, quos singulis annis ab oeconomis moii. in Langh. requirebam, confiteor me vendidisse, ita ut ad solutionem eorundem calceorum moium. deinceps minime teneatur. Testes C. et H. plebani in Kunstat., O. plebanus in Oberstenfeld, Eckenpertus, Ludewicus officialis. Acta in Kunstat anno 1290, Kalendis Aprilis. --- Sig. domini Eberlein de Blasssenberg et G. Marscalci.

(Cf. Reg. b. IV, 445.)

1290, 3. Apr. pag. 231.

Ego Eckeberthus de Cunstat cum conthorali mea domina Irmengardi, et assensu filiorum et filiarum, seu nepotum meorum vendidi quinque mansos in Juttenreuthe monasterio in Lgh. pro 61 libris den. bbg. Quod si mio super his bonis quaestio ab aliquo moveatur, promisi, quod hanc quaestionem bonis meis in villa Glismuthausen satisfaciam. Testes: dominus Th. miles dictus de Jechniz, C. frater suus, dominus Iringus de Cunstat seu de Redwiz, Hr. de Waldensels, dominus O. plebanus de Oberstenfeld, dominus , F. pleb. S. plebanus de Altenkunstat. Eberhardus de Rwschen, Sifridus de Buze, O. antiquus advocatus de Wizmain. Iwan advocatus ex nunc ibidem. C. cellararius de Nisten. — Sigilla dominorum Fortschonum, domini Eberlini de Blassenberg et domini Gundelochi Marschaleci. Acta anno 1290 III Nonas Aprilis, domino Hermanno tune abbatte monasterium gubernante.

1290, 10. Apr. pag. 232.

Ego Eberhardus dictus Fortscho de Thurnau legavi

ecclesiae langhi. haec bona, vid. unum mansum et unam domum', quae dicitur Seldenhaus, in villa Hutschdorf. Item inferiorem piscinam, quae vocatur in Cornu. Praeterea unam villam in Eichech. Sig. fratris mei Alberti dicti de Thurnau et meum. — Testes: Hermannus abbas de Lgh., Ebo bursarius, Joannes cellararius, monachi ibidem, Albertus Foertsch iunior, Henricus de Gich, gener meus dictus iudex, patruelis meus Bernerus senior, Albertus filius iunioris Fortschonis. Datum et actum Thurnau anno 1290 quarto Idus Aprilis.

(Cf. Reg. b. IV, 447.)

1290, 13. Apr. pag. 233.

Nos Agnes d. g. comitissa de Truhendingen profitemur, quod villam Melckendorf. quam dominus abbas langh. de consensu f. r. domini Friderici quondam comitis de Truhendingen mariti nostri de creditoribus Verione milite, theleonario cive bbgi. et aliis pretio centum quinque librarum hll. exemit et idem dominus noster b. m. ipsam villam ecclesiae in Lgh. in veram proprietatem tradidit: liceat postea ipsam villam contra ius usurpavit, tamen tum adhuc viveret, erratum suum recognoscens, villam reddidit. Nos hanc restitutionem consensu liberorum nostrorum confirmamus. Sig. comitissae et Friderici filii nostri. Datum et actum in Gyech anno 1290, V Idus Aprilis. Testes: frater Ditricus ordinis praedicatorum, frater Wilhalmus supprior, fr. Ebo, fr. Egeno, monachi langh., Fried. Pincerna de Limpurch, Chunradus et Ulricus de Mur, Bertholdus de Vendebach, Cunradus de Vestenberch, Chunradus dictus Virmulner de Geissendorf.

(Cf. Reg. b. IV, 447.)

1290, 13. Apr.

Ich Agnes die Gravine von Truhendingen habe mit Friderich u. Ulrich u. andern meinen Kindern gegeben dem Goteshuse von Lanchein den Zehnden zu Schaeslitze, unsren Hof u. ander unser Nuzze an die Stat, unser Doerfer Banser, Rosslaube, Lesen, Ludebach und Aychach, also dass keiner unser Voget Gewalt da habe, bis dass die Herren von Lgh. 200 Pfund bbger. Pfenninge davon ingenommen u. zwar 50 Pfund alle Jar. Sie sollen nehmen das Sr. Waizen um 30 Pfenning, Koren u. Gersten um 20 Pfenning, Habern um 10, bis sie um die 50 Pfund gewert sind. Senden wir aber 14 Tage vor s. Jacobsmesse die Pfenning, so sullen sie uns das Getreide auf unsren Kasten lassen. Mit den 200 Pfund soll man kaufen 20 Pfund Gultes zu meines Herrn Selgerat u. Jargezeit. Zeugen und Burgen: Friderich der Schenke von Limpureh, Chunrad u. Ulrich von Murr, Wolfram von Gissendorf u. Ulrich, Berthold von Vendebach. — Ins. der Graefin und ihres Sohns Friderich. Geschehen an dem zwelften Tage nach Ostern zu Gyech auf der Burch 1290.

(Cf. Reg. b. IV, 447.)

1290, 15. Apr. pag. 236.

Ego Gundelochus dictus Marscascus de Kunstat cum consensu uxoris meae Haleidis, nec non filiorum meorum vid. Eberhardi, Wolframi et Friderici ad petitionem Hermanni de Eich haec bona, sc. unum feodum et medium in Eich, quae bona dictus Hermannus a me in feodo possidebat et vendidit pro quinque libris hall. et media, monasterio langhi. approprio. Testes: Wolframus dictus von Berfrid, Heinricus de Gestingeshausen, Heuehard dictus Vorstarius, Helmericus de Quercu, Albertus conversus de Lgh. — Sig. Gundelochi. — Datum

et actum Lichtenfels anno 1290, decimo septimo Kal.
Maii.

(Cf. Reg. b. IV, 449.)

1290, 28. Apr. pag. 236.

Ego Henricus de Kirlahm dictus renuntiavi cum matre et sorore mea decimae in Bernreuth, quam oeconomi monasterii in Langheim apud Conradum de Gören comparaverunt. Testes: dominus plebanus in Culmbach, dominus Eberlinus de Blassenberg, qui duo sigillaverant, Ulricus de Mengersreuth, Otto antiquus advocatus, Engelhardus de Reuthelshofen. Actum in Culmbach anno 1290, quarto Cal. Maii.

(Reg. b. IV, 449.)

1290, 25. Mai. pag. 237.

Nos Otto d. g. comes de Orlamunde constare volumus, quod fidelis noster Hermannus de Mompelsreuth, huius mundi vanitatem relinquens, in ecclesia langhi. sanctae conversationis habitum assumpsit. Qui Hermannus cum consensu uxoris suae, suorumque haeredum ecclesiae langhi. donavit unum mansum in Pezmannsberg, annuatim solventem 24 solidos den. bbgium. dativorum et unam sumerinam blandi mensurae Culmbagensis. Sig. comitis. — Testes: Udalricus, Albertus, Fridericus dicti de Mompelsreuth fideles nostri, Albertus et Heinricus dicti Heinlein. Datum anno 1290 in festo b. Urbani martiris.

1290, 9. Jun. pag. 239.

Nos Arnoldus d. g. bbgis. eps. notum esse volumus, quod nos ratum habemus concambium de agris Ottonis Dremel in Zeuln et de feodo in Horwe, ita quod dictus Dremel dictum feodium possideat et econverso abbas

langhis. dictos agros debeat possidere. Sig. epi. Datum Lichtenfels anno 1290, V. Idus Junii.

(Cf. Reg. b. IV, 453.)

1290, 23. Jun. pag. 239.

Nos Hermannus d. g. comes de Orlamunde constare volumus, quod unum mansum et duo feuda, quae vulg. Lehen vocantur, et specialem silvam dictam Hagen, sita in Altenreuth, quae Albertus de Buch fidelis noster a nobis iure tenuit feodali, precibus eiusdem Alberti, in langhi. monasterio domino militare cupientis, pro reverentia nostrorum progenitorum, inibi tumulatorum, inclinati, eidem monasterio dicta bona appropriamus. Sig. comitis. — Testes: Eberlinus de Blassenberg, Heinricus Galliculus, Albertus Galliculus, Otto filius coquinarii, Ulricus de Mengersreuth. Datum anno 1290 in vigilia b. Joannis baptistae.

(Cf. Reg. b. IV, 455.)

1290, 29. Jun. pag. 240.

Ego Eberhardus de Kotzau cum uxore mea et filiis meis Theoderico et Henrico ac filia mea Gertrude omnia iura in villis Hergrambsdorf, in molendino et in omnibus proprietatibus, ipsis villis pertinentibus, tradidimus monasterio in Lgh., renuntiantes omni iuri ad petitionem dicti sororii mei Theoderici de Kunstat, sculteti in Lichtenfels. — Sigilla Ludewici plebani in Culmbach et avunculi mei Eberlini de Blassenberg. Acta anno 1290 in festo apostolorum Petri et Pauli. Testes: Heinricus et Albertus fratres dicti Heinlein et Otto quondam advocatus.

(Cf. Reg. b. IV, 457.)

1290, 6. Dec. pag. 241.

Ego Albertus dictus Hezel cum uxore mea Gertrude et filiis meis Eberhardo, Alberto, Friderico vendidi decimam in Hoefleins iuxta Dobra (Hoeferanger-Zehnt) monasterio in Lgh., obligans moio. bona mea in inferiori Dornloch pro Warandia. — Sigilla domini Ludowici plebani in Culmbach ac domini Eberlini de Blasenberg. — Testes: ipse dominus Ludewicus plebanus, dominus Albertus plebanus in Steinach superiori, Heinricus plebanus in inferiori Steinach, dominus Waltherus de Schorgas plebanus, Ulricus de Menwarsreuth, Sibertus. Acta anno 1290, die bti. Nicolai.

(Cf. Reg. b. IV, 473.)

1291. 23. Jan. pag. 242.

Ego Theodoricus de Kunstat quendam mansum in villa Harttersdorf, quem Orthofus dictus de Rottenau, indigentia reifamiliaris ductus, de meo consensu vendit pro undecim libris hall. domino abbatii et conventui in Langh., proprio dictis abbatii et conventui. — Testes: Gundelochus Marschalcus de Kunstat, Eberhardus de Rosten, Sigelhardus, Henricus ds Gestingeshausen, fr. Conrad de Tambach, fr. Otto pptus. conversi de Lgh. — Sig. Theodorici. — Datum anno 1291 in crastino Vincentis martyris.

1292, 30. Apr.

Coram Henrico in Zabelstein moium. langhe. et coloni in Wülfingen inter sese commutant prata quae-dam in marchia hujusce villae. Dat. II. Kal. Mai.

(Reg. b. IV, 515.)

1291, 17. Jun. pag. 242.

Nos Albertus, Fridericus, Hermannus et Helwicus,

fratres dicti de Meingoltsreuth pro remedio Alberti quondam patris nostri dicti de Meingoltsreuth, de consensu matris nostrae Berlip atque consilio patruorum nostrorum Hermanni et Ulrici dictorum de Meingoltsreuth contulimus nostram partem totalem bonorum in Pezmansberg ecclesiae virginis gloriosae in Lgh. sub bona spe, ut Albertus pater noster omnium bonorum vid. vigiliarum, orationum, missarum etc. ibidem consors efficiatur. Testes: fr. Joannes cellariarius langhis., dominus Ludowicus plebanus in Culmbach, dominus Albertus plebanus de Steinach, Heinricus, Henlinus de Blassenberg, Albertus de Blassenberg militares, Eberlinus de Blassenberg, fratres dicti de Bernreuth. Sigilla domini Ludowici plebani de Culmbach et domini Eberlini de Blassenberg. — Datum anno 1291 in octava Pentecostes.

(Cf. Reg. b. IV, 497.)

1291, 22. Jun.

Nos Albertus et Eberhardus Voergsones, dicti de Turnowe omne ius, quod habemus in feodo, cuius advocatiam filii Crapsonis Lupoldi vendiderunt domino H. abbatii in Banze, ecclesiae Banze pro remedio animarum donamus. Testes: H. abbas in Lgh., G. decanus in Staffelstein, G. plebanus in Lihtenvels. Acta 1291 X Kal. Jun. (mel. Jul.) in die X millia martirum.

(Oesterreicher, Banz, CVII.)

1291, 28. Jun. pag. 244.

Nos Conradus de Wildberg constare volumus, quod decimam in Schurkendorf, quam Fridericus de Ratzenberg et Helmericus dictus von der Eich a nobis feodali iure habuerunt et Helmericus, necessitate reifamiliaris ductus, de consensu Friderici de Razenberg sub spe

nostrae gratiae eandem domino abbati et conventui langhi. vendidit. Nos hanc decimam mio. in Lgh. appropriamus. — Sig. Conradi. — Testes: dominus Thomas plebanus in Sulzvelt, Theodoricus dapifer de Alsléube, Henricus de Grus-Ziegenhausen, Albertus de Thumdorf, Heinricus de Roza et Heinricus filius eius, Hermannus de Weinckheim. Datum anno 1291, in vig. Petri et Pauli.

(Cf. Reg. b. IV, 497.)

1291, 28. Jun. pag. 245.

Nos Conradus de Wildberg confirmamus abbati et conventui langhi. emtam decimam novalium in Neusses, quam Fridericus de Razenberg et Hermannus, filius Helmerici dicti Worderich a nobis feodali iure habuerunt et nobis resignaverunt. Sig. Conradi. — Testes: Theodericus dapifer de Alslaube, Henricus de Gruszingeshausen, Albertus de Tumbdorf, Henricus de Rosa, et Heinricus filius eius, Hermannus de Wenckheim, Markardus cammerarius noster. Datum anno 1291 in vigilia btorum. Apostolorum Petri et Pauli.

1292, 17. Aug. pag. 246.

Ego Karolus de Heldrit cum uxore mea Jutha tradii villam meam Crumbach, quam apud Theodericum militem dictum Vliger comparavi, conventui in Langheim. Sig. Karoli et civium de Coburg. — Testes: Conradus de Coburg, Joannes dictus Vliger, milites, Conradus de Hessenburg, Aplo filius Conradi de Coburg, Cristianus scultetus, Conradus monetarius, Gozo dictus Snabel, Hermannus Bigenoth, Heroldus et Petrus filius suus, cives Coburgenses. Actum anno 1292, XVI Kal. Septembris, in octava s. Laurentii mart.

1293, 25. Febr. pag. 250.

Nos Arnoldus d. g. bbgis. eps. profitemur, quod conventui langhi. concessimus pisces, qui capi poterunt de laco Oberwallenstat, nobis in terra nostra non manentibus vel ad prope, quod eiusdem loci uno die non possint attingere piscatores, in suas utilitates sine impedimento debeant applicare. Sig. epi. — Datum Lichtenvels anno 1293 in crastino b. Petri apostoli.

(Cf. Reg. b. IV, 529.)

1293, 9. Mai. pag. 248.

Nos Fridericus, Ulricus et Otto d. g. fratres comites de Truhendingen constare cupimus, quod quondam pater noster Fridericus illustris comes de Truhendingen legaverat ducentas libras den. bbg. ecclesiae langhi. Ideo de consensu domini Friderici de Truhendingen patrui nostri canonici bbgis. et dominae Agnetis matris nostrae et domini Kraftonis de Hohenloch in defalcationem dictae pecuniae seu solutionis partem dedimus moio. in Lgh. villam nostram Eichech pro septuaginta sex liberis den. — Testes: Sibertus dapifer noster de Spilberg, Heinricus dictus Bulndorfer milites, Rudigerus de Bunzendorf, Wolfrainus dictus Ruschener, Conradus dictus Lichtenvelser, Reinoldus de Kungesvelt, Helmericus de Luther, Merboto fideles nostri. Sig. Friderici de Truhendingen patrui nostri canonici bbgis., ac nostrum, et doi. Kraftonis de Hohenloch atque dominae Agnetis matris nostrae. Datum anno 1293. Sabbatho post diem ascensionis Domini.

(Reg. b. IV, 535.)

1294, 22. Jan. pag. 251.

Nos Arnoldus d. g. bbgis. eps. recognoscimus, quod monasterio langhi., ut ibi noster anniversarius solennite

celebratur, donamus duas ecclesias, Culmbach vid. et Drosenfeld, quarum ius patronatus de manu laicali ad nos est canonice devolutum, pleno iure regendas tam in spiritualibus, quam temporalibus, ita ut decimas etc. hospitatis gratia et in alios pios usus percipient expendendas, salvo tamē eo, quod cum eas vacare contigerit, tam sufficientem praebendam constituant et assignent vicariis saecularibus, quod habeant et possint iura episcopalia sive spiritualia solvere, recipere nuntios et hospites et omnia facere, quae respiciunt romanam ecclesiam et nostram. Debent iidem vicarii ab episcopo investiri ac eorum archidiaconatui solvere cathedralicū et obedire decanis et singula et universa facere, quae alii clerici nostrae dioecesis facere consueverunt. Haec facta sunt cum consensu nostri capituli et ex libera donatione nobilium virorum comitum de Orlamunde. Sig. epi. et capituli. — Datum Bambergae anno 1294, in die b. Vincentii martyris.

(Cf. Reg. b. IV, 551.)

1294, 22. Jan.

Reversales Hartmauni langhis. abbatis desuper exhibitae.

(Reg. b. IV, 551.)

1294, 12. Mz. pag. 254.

Ego Albertus dictus Fortscho de Thurnau cum consensu uxoris meae Juttae, filiorumque meorum Alberti et Eberhardi et filiae meae Richzae vendidi domino abbatii et conventui in Lgh. pro uno poledro seu equo, aestimato pro 30 libris hall. curiam meam Mehlthür, sitam apud villam Langenstat cum decima, ac quoddam bonum situm in villa Langenstat, quod dicitur in vulgari Pfannenlehen, solvens quatuor patellas ferreas. Sig. Al-

berti. — Testes: dominus Hermannus, dominus abbas Eberacensis, Ebo prior in Lgh., dominus Marsilius, Rudolphus, Joannes cellararius, monachi in Lgh. Henricus dictus cammerarius, Otto frater eiusdem, Ramungus dictus de Westen militares in Thurnau residentes, Conradus cellararius meus dictus de Hutzschdorf. Datum anno 1294 in die b. Gregorii papae.

(Cf. Reg. b. IV, 557.)

1294, 13. Jun.

Hermannus, c. de Orlamunde, Ighe. monasterium contra Salweldense manutenet in possessione nemoris infra fontem rivuli Tambach, per medium montis Eppenberch, usque ad semitam ad montem Wetzstein, inter villas Haselach, Lesten, Richenbach et Schoenawe. Dat. et actum in octava Pentecostes, seu in festo s. Trinitatis.

(Reg. b. IV, 565.)

1294, 13. Jul. pag. 255.

Ego Conradus dictus de Schmolz quondam iudex in Cronach cum uxore mea Gertrude, ac de consensu Agnetis filiae meae et mariti eins generi mei Ottonis dicti de Capella, liberorum quoque eorundem, Herdegeni vid. et Alberti atque Gertrudis filiae ipsorum, neptis meae, ac illius mariti Wolframi dicti de Redwiz, dedi abbati et conventui langhi. villam Tauschendorf, sitam circa Chronach, annuatim sex libras den. solventem, pro remedio animae meae et in aequalem emendam seu restauram damnorum a me ipsis quondam illatorum. Testes: fr. Rudolphus, quondam prior, fr. Joannes cellararius, fr. Eberhardus monachi in Lgh., fr. Bertholdus dictus de Theben conversus ibidem provisor in Teuschniz, dominus Otto plebanus in Chronach, Heinricus dictus

de Zihern, Heinricus dictus comes, Otto dictus Sternhals, cives in Chronach. — Sig. dominus Burckardi decani maioris ecclesiae bbgis. Datum anno 1294, in die btae. Margarethae Vgis.

(Cf. Reg. b. IV, 569.)

1295, 10. Jan. pag. 257.

Nos Otto junior comes de Orlamunde laicus profitemur, quod collationi iuris patronatus ecclesiarum in Culmbach et in Drosenfeld, quam fratres nostri Otto et Hermannus comites de Orlamunde cum consensu Agnetis matris nostrae tradiderunt mio. in Langheim cum consensu doi. Arnoldi bbgis. episcopi, consensimus primo, cum adhuc essemus sub potestate ipsorum nondum emancipati, et secundario etiam consensimus, cum essemus nostrae potestatis et emancipati et nunc consentimus et ius nostrum in praefatis ecclesiis mio. in Lgh. donamus propter Deum. Sig. comitis Ottonis iunioris et fratri nostri Ottonis clerici. — Testes: Ludwicus plebanus in Culmbach, Heinricus de Wirsberg, Heinricus iudex de Hauge milites; Heinricus Henlein, Heroldus de Haug, Heinricus et Cunemundus fratres dicti de Blassenberg, Otto advocatus in Culmbach, Henwigus dictus Theuber, civis ibidem. Datum et actum in Culmbach anno 1295, in die bti. Pauli primi Eremitae.

(Cf. Reg. b. IV, 579.)

1295, 22. Jan. pag. 258.

Ego Fridericus de Ratzenberg profiteor, quod propter Deum et ad petitionem doi. Hartmanni abbatis de Langheim renuncio omni impetitioni iuris seu iurisdictioni in villa Tauschendorf, sita circa Chronach. Sig. universitatis civium in Coburg. Testes: dominus Bertholdus

magister in Tambach sacerdos et monachus de Langheim, fr. Hildebrandus dictus Plantner conversus ibidem, Conradus monetarius, Gotfridus dictus Schnabel, Heinricus dictus Judaeus, Heroldus, Petrus filius eiusdem cives Coburgenses. Datum anno 1295, in die b. Vincentii martyris.

(Cf. Reg. b. IV, 579.)

1295, 25. Jan. pag. 259.

Ego Albertus Fortsho de Thurnau et Jutta uxor mea notum esse cupimus, quod nos cum consensu liberorum nostrorum Alberti vid. et Eberhardi, Richzae quoque filiae nostraræ, pure propter Deum damus bona nostra, quatuor vid. laneos seu mansos in Hergrambsdorf domino abbati et conventui in Langheim, hac conditione, ut mihi Juttae pro vitae termino census de bonis dictis assignetur; post meum obitum dabit abbas quinque libras den. de eisdem bonis, cuicunque dari iussero. Testes: dominus Hartmannus abbas in Lgh., fr. Rudolphus, fr. Eberhardus eiusdem loci monachi et sacerdotes, Hermannus dictus Bestenher, Henricus dictus camerarius, Otto germanus eiusdem, Albertus dictus Vörschlein commorantes in Thurnau. Sig. Alberti. — Datum 1295, in die conversionis Pauli.

(Reg. b. IV, 579.)

1295, 9. Mz. pag. 260.

Nos Henricus d. g. abbas et conventus in Banz constare cupimus, quod cum abbatte et conventu lghi. quoddam mutuum seu concambium fecimus, dantes eis bona nostra in villis nostris Messenfeld et Wassungen pro bonis moii. lghis. in Zichendorf. Testes: Eckenhardus prior, Waltherus custos, Albertus cantor, monachi

ecclesiae nostrae, Sigehardus forestarius in Lichtenfels,
Gerungus officialis in Staffelstein, Gotfridus advocatus
ibidem. Sig. nostra. — Datum anno 1295, septimo Idus
Martii.

(Cf. Reg. b. IV, 585.)

1295, 9. Mz.

Nos frater Hartmannus abbas conventus in Lanheim
cum domino abbate et conventu in Banz concambium
fecimus, dantes eis bona nostra in Zhidchendorf pro bo-
nis suis in villis Messenvelt et Wasugen. Testes: fra-
ter Ebo prior, dominus Marsilius quondam abbas, frater
Rudolfus sacerdotes et monachi in Lgh. etc. Sig. abba-
tis. — Datum 1295, septimo idus Marcii.

(Oesterreicher, Banz LXXVII.)

1295, 1. Aug. pag. 260.

Ego Eberhardus de Künsberg notum esse cupio,
quod propter deum et rogatum doi. Hartmanni abbatis
et conventus lghis. omni impetitioni, iuri seu iurisdic-
tioni renuncio in decima villaे Krappenrode, ac promitto,
etiam filium fratris mei Henrici inducere ad idem facien-
dum. Testes: Gener meus dictus de Mackemrich, Hert-
wicus dictus Doner, advocatus in Begerreuthe, Albertus
quondam advocatus civitatis praedictae; fr. Hermannus
prior, fr. Otto dictus de Rungesfeld, monachi, fr. Ber-
tholdus dictus de Thepen conversus de Lgh. Sig. Eber-
hardi. Datum anno 1295, in die ad vincula b. Petri.

1295, 12. Nov. pag. 261.

Mangoldus d. g. eps. herbip. recognoscimus, quod
Hildebrandus dictus Stürmer, Theodericus, Otto et Hen-

rictus fratres villam Rode desertam donaverunt moio. in Langheim. Nos eandem villam monasterio appropriamus. Sig. epi. — Datum Herbipoli anno 1295, in crastino b. Martini. Pontificatus nostri anno octavo.

1296, 20. Jan. pag. 272.

Bonifacius (VIII) papa abbati et conventui in Lgh. salutem. Quod Otto de Orlamunde clericus ac nobiles viri Hermannus et Otto comites de Orlamunde fratres ius patronatus, quod in Culmbach et Drosenfeld ecclesiis bbgis. dioecesis communiter detinebant, accedente epi. bbgis. ad id consensu, vobis et vestro mio. donaverunt, nos hanc donationem authoritate apostolica confirmamus. Datum Romae apud s. Petrum, tertio decimo Calendas Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

1296, 28. Jan. pag. 264.

Nos Otto d. g. comes de Orlamunde notum esse cupimus, quod bona in Wickenreuth, quae Waltherus civis in Culmbach a nobis in feudo habuit, et ecclesiae in Lgh. vendidit, eidem ecclesiae appropriamus. Sig. comitis. — Testes: Conradus H. iudex de Hange, Henricus Henlein, Ulricus de Mengersreuth, Ludowicus plebanus, Gotefridus advocatus. Acta anno 1296, quinto Kal. Februarii.

1296, 16. Febr. pag. 265.

Nos Otto, d. g. comes de Orlamund notum esse cupimus, quod actioni renunciavimus et donavimus ecclesiae langsi. bona in villa Buch, quae patruus noster b. m. comes Hermannus propter deum dederat. Sig. comitis. Testes: Albertus Fortsch senior de Thurnau,

Henricus iudex de Hagen, Ulricus de Mengersreuth, Ludewicus plebanus de Culna. Acta anno 1296, XIV Cal. Martii id est 16. Februarii.

1296, 7. Mz. pag. 265.

Nos Fridericus burggravius de Nürnberg recognoscimus, quod nos bona nostra vid. curiam in Sclavigersreuth, curiam in minori Drosenfeld et unum Lehen ibidem, item curiam in Ploss de consensu illustris dominae et uxoris nostrae Helenae abbatii et conventui in Lgh. donamus, ita quod singulis annis nostrum ac illustris Elisabeth quondam uxoris nostrae anniversarium cum orationibus debitiss et duobus servitiis, conventui faciendis, iidem peragere teneantur. Testes: Albertus Fortsch de Thurnau, Conradus decanus de Cenne, Waltherus dapifer de Seckendorf, Burchardus de Wendebach, Conradus de Egersdorf, Hertwicus advocatus de Bayreuth, Henricus granator ibidem. Sig. nostrum et Joannis filii nostri. Datum in Kadelsburg anno 1296. Nonas Martii.

(Cf. mon. Zoll. II p. 240.)

1296, 2. Jun.

Nos Hartmannus procurator et conventus in Banze emenda dedimus Elyzabeth abbatissae et conventui dominarum in Campo Solis omnia bona nostra in villa, quae minor Garnstat nuncupatus. Sig. capituli nostri. — Testes: Dominus Hartmannus abbas in Lanheim, dominus Marsilius quondam abbas ibidem, Wyllehalmus supperior eiusdem cenobii, magister Gotfridus de Sunneveld, Cunradus officialis de Staffelstein, et Fridericus gener suus. Acta in claustro Lanheim 1296 in die ss. Marcellini et Petri.

(Oesterreicher, Banz, CX.)

1296, 15. Juni pag. 266.

Nos fr. Hermannus abbas et conventus in Bildhusen recognoscimus, quod duos laneos sive mansos in Heldingen vendidimus abbati et conventui langhi. pro decem et octo libris den. mon. Coburgensis. Testes: Conrad prior, Conrad custos, Joannes infirmarius, monachi domus nostrae. Sig. abbatis in Ebrach et nostrum. Datum anno 1296, in die b. Viti martyris.

1296, 17. Jun. pag. 267.

Ego Jutta relicta quondam Caroli de Heldrith de consensu filiorum meorum Caroli, Henrici et Iringi vendidi abbati et conventui langhi. bona mea in Auttenhausen, annuatim decem libras hall. solentia, pro 100 libr. hall. Testes: fr. Albertns dictus Hollin, fr. Bertholdus rector curiae in Tambach sacerdotes, fr. Poppo diaconus in Lgh., fr. Hildebrandus conversus ibidem, Conradus monetarius, Gotfridus dictus Snabel, Heidenreich dictus Strolin, Petrus filius Heroldi cives Coburgenses. Sig. filii mei Caroli et fratris mei Iringi dicti de Brenthe, nec non Conradi dicti de Hesburg generi mei. — Datum et actum Coburg anno 1296, in die b. Albani martyris.

1296, 1. Aug. pag. 268.

Ego Cuno, Conradus et Albertus domini in Hesburg notum facimus, quod Hermannus dictus de Querku, residens in villa Eich, duo bona ibidem dominis in Lgh. pro novem libris den. vendidit, quae bona Hermannus in forma feodi a nobis tenuit et nobis resignavit. Ego Cuno de consensu filiorum meorum vid. Kunonis et Conradi, Conradus et Albertus ecclesiae s. Mariae in Lgh. bona haec donavimus. Sig. nostra. — Testes: dominus Hermannus praepositus in Vessera, fr. Bertholdus

sacerdos, Otto plebanus in Essefeld, Helemricus sacerdos, Erewinus plebanus, fr. Hildebrandus conversus. Datum anno 1296, feria quarta post diem b. Jacobi.

(Reg. b. IV, 625.)

1296, 28. Oct. pag. 269.

Nos Conradus d. g. comes de Wildberg constare volumus, quod Eberhardus dictus de Sant duo bona in Scheuerfeld, vulg. Lehen, abbatii et conventui langhi. reddit de consensu suorum sororiorum sc. Ottonis de Burckhausen et fratrum suorum, qui habebant haec bona a nobis in feodo. Nos haec bona monasterio lgh. appropriamus. Sig. comitis. — Testes: fr. Bertholdus de Scheslitz, fr. Hildebrandus, Kristanus advocatus in Coburg, monetarius nec non Godfridus dictus Kostein, Hodoricus Stobolin, Conradus Bigenoth cives ibidem. Datum anno 1296, in die apostolorum Simonis et Judae.

(Reg. b. IV, 629.)

1296, 10. Nov. pag. 270.

Nos Christianus advocatus in Coburg, eorum monetarius, H.... Strulich cives ibidem ac universitas ci- vium notum fieri volumus, quod Eberhardus de Sant duo bona in Scheurfeld, vulg. Lehen, ecclesiae in Lgh. vendidit, quae bona Otto de Burckhausen ac frater ejus a comite de Wildberg iure feudali habuerunt, quae iidem in praesentia nostra resignaverunt. Sig. civitatis de Coburg. — Datum anno 1296 in vigilia s. Martini epi.

(Reg. b. IV, 631.)

1296, 13. Dec. pag. 273.

Nos Conradus comes de Wildberg notum esse cu- pimus, quod Ibanus de Mernhausen, fidelis noster, cum

uxore sua et filiis Boppone, Alberto et Eberhardo, nec non filiabus suis Jutta, Kunigunde, Gertrude et Margaretha vendidit villam Sigarsdorf, quam a nobis in feodo habuit, abbatii et conventui de Lgh. pro 75 libris. Nos dictam villam moio. de Lgh. appropriamus. Sig. comitis. — Testes: fr. Bertholdus provisor in Tambach, sacerdos et mon. in Lgh., fr. Hildebrandus conversus ibidem, Guntherus plebanus in Seslach, Conradus dictus Studigel advocatus in Ravenecke, Ludwicus Schota, Henricus dictus monachus, frater ipsius, Ibani dictus Linthe. Datum anno 1296, in die b. Luciae virginis.

1296, 13. Dec. pag. 271.

Nos Otto d. g. comes de Orlamunde laicus enm Alheide uxore nostra et de consensu Arnoldi p.m. quondam bbgis. ecclesiae epi. diocesani nostri iura patronatus ecclesiarum in Culmbach et in Drosenfeld, quae ad nos a nostris progenitoribus sunt devoluta, mio. in Lgh. cum omnibus iuribus donavimus propter deum. Eadem collatio facta est ab Ottone clero et Hermanno laico cum assensu matris nostraræ Aguete, antequam emancipati fuerimus. Confitemur nunc nos maiores viginti quinque annis completis et habere liberam administrationem bonorum nostrorum, sicut emancipatis et majoribus iura concedunt, renunciantes omni exceptioni seu actioni doli mali, circumventionis, patriae potestatis vel avitae, beneficio restitutionis in integrum, si qua ex causa nobis competeret, officio iudicis et omni auxilio iuris canonici et civilis, per quod haec donatio nostra posset infirmari, impedivimus. Et si, quod absit, aliquod dubium imposterum ortum fuerit, volumus, ut interpretationi abbatis langhis. relinquatur. Testes: dominus Hartmannus abbas tunc temporis moii. de Lgh., fratres Hermannus prior, Ebo bursarius, Joannes provisor in Teuschniz.

Henricus pptus. monachi ejusdem loci, fr. Bertholdus dictus Thebner conversus ibidem, Otto Lupus, Lucolfus de Haberstat, Rudigerus de Arrenset, Ludowicus de Borinheim, Diethricus de Grennendorf, Henricus iudex de Haug, milites, Henricus Henlein advocatus in Culmbach. Sigilla comitis Ottonis ac nobilis comitis Guntheri de Kevernberg, socri c. Ottonis, atque Theodorici Burggrafii de Altenberg, nec non Alberti Wortschonis senioris de Thurnau. Datum et actum in Culmbach anno 1296, in die b. Luciae virginis.

(Reg. b. IV, 633.)

1296. pag. 290.

Nos Conradus de Wildberg constare volumus, quod advocatiam in Messenfeld, quem Wolframus et Godefridus de Memoltesdorf (al. Memolfsdorf) a nobis feodali iure habuerunt, iidem abbatii et conventui langhi. vendiderunt. Nos dictam advocatiam mio. langhi. tradimus. Sig. Conradi. — Testes: fr. Hermannus prior, fr. Ebo, fr. Johannes custos nemoris, fr. Bertholdus in Tambach, monachi in Lgh., plebanus Guntherus in Sesslach, Ybanus de Melrenhusen, Heinricus frater suus, Lincko. Datum anno 1296.

(Reg. b. IV, 635.)

1296. pag. 262.

Nos Hildebrandus, Otto, Fridericus, Wolfelinus, Aplo, Timo, Henricus dictus Hohe et Eberhardus notum esse cupimus, quod cum conjugibus nostris totam villam Rottenberg et medium partem villae in Bettenberg, exclusa decima, vendidimus domino Hartmanno abbatii et conventui lghi., fratre Bertholdo rectore curiae in Tambach hoc procurante, pro 35 talentis hall. — Reliquam partem villae in Bettendorf, quam Hertwicus dictus de Helburg

ab Hennelinis de Blassenberg titulo feudali possiderat, praedictus Hertwicus langhi. ecclesiae vendidit pro 35 talentis cum consensu Henlinorum. Sig. Theinonis militis de Lichtenstein. — Testes: fr. Bertholdus rector curiae in Tambach, Engelhardus de Rugenheim, Karolus et Theodoricus fratres iuniores dicti de Lichtenstein. — Datum et actum Altenstein anno 1296.

1297, 9. Febr. pag. 277.

Nos Conradus comes de Wildberg recognoscimus, quod ad petitionem Ludowici de Burckhausen fidelis nostri, qui de consensu fratrum et liberorum suorum mansum in Scheurfeld, nostrum feudum, pro sex libris den. Coburg. abbati et conventui in Lgh. vendidit, ipsis appropriavimus. Testes: fr. Bertholdus provisor in Tambach, mon. in Lgh., Hildebrandus conversus ibidem, Hermannus dictus de Quercu, Carulus dictus de curia, Gotfridus dictus Snabel, Conradus monetarius, Petrus cives de Coburg. Sig. comitis. — Datum anno 1297 in octava purificationis.

(Reg. b. IV, 641.)

1297, 9. Febr. pag. 275.

Nos Conradus comes de Wildberg notum esse cupimus, quod Otto de Burckhausen cum uxore et liberis suis agros quosdam in Heuschlenschecke cum decima, nec non quoddam novale dictum Polkenrothe, quae bona dictus Otto a Frideriko de Razenberg in feodo habuit et idem Fridericus a nobis comparavit, pro septem libris den. Coburgensium abbati et conventui de Lgh. vendidit. Nos appropriamus haec bona mio. de Lgh. Testes: fr. Bertholdus monachus de Lgh., Hildebrandus conversus ibidem, Hermannus dictus de Quercu, Karulus dictus de curia, Gotzo dictus Snabel, Conradus mo-

netarius, Petrus cives Coburgenses. Sig. comitis. — Datum anno 1297, in octava purificationis Virginis gloriosae.

1297, 2. Mz. pag. 276.

Ego Albertus Broßl notum esse cupio, quod Alheidis Röslerin dimidiam decimam villae Herlingersreuth et curiae Steinbuz, quae a me in feudo habuit, mihi resignavit, ut eam moio. Igli. appropriem, quod factum est. Testes: dominus Hermannus abbas de Lgh., fr. Rudolphus monachus ibidem, dominus Fridericus dictus Heinlein can. maioris ecclesiae bbgis., Albertus iunior Vortscho, patruelis meus, Eberhardus de Mastbach. Sig. Alberti senioris Vortschonis patrui mei. — Datum et actum Thurnau anno 1297, Sabbatho ante dominicam Invocavit.

1297, 25. Apr. pag. 277.

Ego Henricus dictus Hohe, gravibus infirmitatibus detentus, compos autem mentis, notum esse cupio, quod meam medium partem villae Truschendorf pro testamento pure propter deum conventui langhi. legavi, ut singulis annis in festo beatorum Tyburtii et Valeriani meus anniversarius peragatur. Reliquam partem dictae villae, quae attinebat Scotis, vid. Ludewico, Engelhardo et Theodorico ministerialibus bbgis. eccliae., dicti Scoti vendiderunt Hartmanno abbatii et conventui pro 25 talentis den. bbg. Sig. avunculi mei Theinonis de Lichtenstein. Testes: fr. Bertholdus procurator in Tambach, Theino miles dictus de Lichtenstein, Fridericus dictus de Razenberg, Carulus dictus de Curia, Conradus dictus Stutigel. Datum in Bauneck anno 1297, in die Marci evangelistae.

(Cf. VII. Jahresbericht pag. 155.)

1297, 22. Jul. pag. 278.

Ego Albertus Vortscho de Thurnau unum mansum in villa dicta in Fine, sive vulg. zum Endte, quem Ulricus dictus Lon civis in Staffelstein a me iure feudali habuit, et mihi resignavit, ad preces Ulrici abbatii et conventui in Langh. approprio. Testes: fr. Hermannus prior in Lgh., Ebo bursarius, fr. Rudolphus monachi ibidem, Gundelochus Marschalkus de Kunstat, Eberhardus filius eiusdem, Ulricus de Streitberg, Henricus camerarius de Thurnau! Sig. Alberti. Datum anno 1297, in die b. Mariae Magdalena.

(Reg. b. IV, 651.)

1297, 1. Sept. pag. 279.

Ego Cuno de Hesseburg, nos Conradus et Cuno filii eius, ac nos Conradus et Albertus fratres de Hesseburg recognoscimus, quod nos villam Triebssdorf, quam Conradus monetarius in Coburg a nobis iure feodali tenuit et nobis verbo, manu et calamo resignavit, abbatii et conventui langhi., qui eandem villam apud dictum Conradum compararunt, appropiamus. Testes: Christianus scultetus in Coburg, Gotzo dictus Snabel, Heidenreich dictus Strolin, Heroldus, Petrus eiusdem filius, cives Coburgenses. Datum anno 1297, in die Aegidii abbatis.

(Reg. b. IV, 653.)

1297, 29. Sept. pag. 281.

Nos Conradus d. g. comes in Wildberg notum esse cupimus, quod decimam novalem villae in Sigarsdorf, quam fratres Carulus, Henricus et Iringus dicti de Heldrith a nobis in feudo possidebant, quam decimam iidem Henrico dicto de Hirschberg contulerant feodali titulo et omnes nobis resignaverunt. Nos ad petitionem Her-

manni abbatis et conventus in Lgh. dictam decimam ecclesiae langhi. appropriamus. Sig. comitis. — Testes: fr. Bertholdus procurator curiae in Tambach, Christianus advocatus in Coburg, Heidenricus dictus Strowelin ibidem, Theino dictus de Burkhausen. Datum in Rotenstein anno 1297, in die Michaelis.

1297, 14. Oct. pag. 280.

Nos Otto d. g. abbas et conventus in Saalfeld notum esse cupimus, quod nos vendidimus abbati et conventui in Lgh. pro 30 libris hall. bona nostra in villa Schœufeld. Testes: fr. Hermannus prior, fr. Petrus pptus. in Coburg de Grizheim monachi in Saalfeld, fr. Bertholdus rector curiae in Tambach, fr. Poppo monachi de Lgh., Christianus advocatus in Coburg, Conradus monetarius, Gotzo dictus Schnabel, Petrus filius Heroldi. Datum anno 1297 in die b. Calixti papae.

1297, 10. Nov. pag. 280.

Ego Carolus de Heldrith notum esse cupio, quod Conradus de Hirschberg de consensu filiorum suorum Conradi, Eberhardi et Henrici vendidit abbati et conventui de Lgh. pro 24 libris den. decimam in Sigarsdorf, quam ipse a me et fratribus meis Henrico et Iringo iure feodali tenuit et mihi resignavit. Ego concessi eandem decimam mio. langhi, quousque ei ipsa decima possit appropriari a domino meo de Wildberg, a quo ego eandem decimam in feodo habeo. Testes: Theino de Bedheim, Ortolfus dictus Heider, dominus Bertholdus rector curiae in Tambach, Heinricus famulus eiusdem. Sig. Caroli. — Datum anno 1297 in vigilia b. Martini.

1297, 1. Dec. pag. 282.

Nos Gundelochus Marschalcus de Kunstat, Theode-

ricus de Kunstat, Iringus de Redwiz, Wolframus frater eiusdem profitemur, quod nos advocatiam supra villam Scheuerfeld circa Coburg, quam quondam dictus Russe a nobis in feudo habuit, et nos simili modo ab abbatore moii. in Saalfeld, eidem resignavimus, ut abbas et conventus in Lgh., qui praefatam villam apud abbatem de Saalfeld comparaverunt, ipsam possent possidere. Testes: dominus Petrus ppus. in Coburg, fr. Fridericus coadiutor et commensalis eiusdem, sacerdotes de Saalfeld, fr. Hermannus prior, fr. Bertholdus rector curiae in Tambach, fr. Henricus Marschalcus monachi in Lgh., Wolframus dictus Wondin Berfride, Hermannus dictus Rasus, Mercklinus textor, Otto gener eiusdem, cives in Lichtenfels, Carolus in Redwitz residens. Sig. Ottonis in Saalfeld. Datum anno 1297, in crastino b. Andreae apostoli.

1298, 6. Jan. pag. 283.

Ego Hertwicus de Hellburg notum facio, quod unum mansum in Hellburg, solventem annuatim unum talentum den., ad manus domini Eberlini de Blassenberg ressigno ad concambium bonorum, quae ab ipso habui in feodo in villa Bettendorf. Sig. Henrici de Schmeheim militis. Testes: dominus Albertus decanus de Westhusen, dominus Ludewicus plebanus in Helburg, Marquardus advocatus ibidem, Kristianus advocatus in Coburg. Datum anno 1298, in Epiphania doi.

1298, 1. Mai. pag. 284.

Nos soror Adelheidis miseratione divina abbatissa in Vilsdorf notum esse volumus, quod nos de consensu capituli nostri confirmamus venditionem, quam d. Henricus de Meuder plebanus cum dominis de Lgh. fecit, dans eis nnum feudum in villa Eich pro summa pecuniae in usus ecclesiae suae. Cum ad nostrum moium.

ius dictae parochiae patronatus pertineat, hanc chartam
roboramus sigillo nostro. — Testes: Petrus et Heiden-
ricus dicti Strelein cives in Coburg. Datum in Vilsdorf
anno 1298, in die btae. Walburgis.

(Reg. b. IV, 667.)

1298. pag. 283.

Nos fr. Hartmannus dictus abbas in Lgh. et con-
ventus ibidem ab Hertwico de Helburg dimidiā villam
Bettendorf, nec non dimidiā decimam per totam villam
Helburg pro triginta duobus talentis hall. emimus, sub
hac forma, quod eadem decima ab Epiphania domini
per duos annos ad eundem Hertwicum libere revertatur.
Fidejussores emptionis sunt: Stiliz, Diez, Henricus mi-
lies dictus de Simeheim, Lupoldus de Wischenstein, Cunz
advocatus in Coburg, Hertwicus iunior.

1298, 15. Mz. pag. 285.

Nos Leopoldus eps. bbgis. profitemur, quod fidelis
noster Ludovicus officialis in Burckunstat decimam in
Altenreuth, quam a fideli nostro Herckenberto de Kun-
stat in feodum tenuit, et idem a nobis tenuerat, ean-
dem decimam nobis resignavit, quam mio. langhi. ven-
dedit. Nos dictam decimam moio. appropriamus. Testes:
Waltewertus pptus. s. Stephani in Babenberg, Conradus
Viceplehanus in Altenkunstat, Chunradus notarius curiae
nostrae, Wirichus de Frautelingen, Henricus Stohso, Hen-
ricus de Egloffstein, Fridericus de Sneit, milites. Sig.
epi. — Datum in Steinach anno 1298 Idibus Martii.

1299, 22. Mz. pag. 285.

Nos Leopoldus d. g. eps. bbgis. notum facimus,
quod inter domin. Hartmannum abbatem et conven-
tum langhem. ex una. atque fidelem et castrensem nos-

trum Engelhardum Scotum parte ex altera super duobus mansis in villis Neusses in loco vulg. dicto auf dem Mehlein quaestio verteretur. Coram nobis ad diem placidi sive iudicii venerunt ac fr. Hermannus prior langhis. et dictus Engelhardus causam dictam per prolocutores seu advocatos in figura judicii agitabant. Tandem vero prior noe. monasterii vicit, probans suo et duorum fide dignorum virorum iuramentis, eosdem mansos moium. per annum et ultra possedisse. Testes: Strenui viri Albertus et Albertus dicti Vörtschen de Thurnau, Henricus de Eglofstein, Fridericus de Sbeit milites, Burckhelmus theloniarius, Wickerus cives bbgis. Sig. epi.— Datum in Bamberg anno 1299, XI Calendas Aprilis.

1299, 6. Mai.

Lupoldus, bbgis. episcopus, ecclesiae in Lgh. appro priat decimam villae Thyfenbach, a Cunrado quondam advocate in Steinberg resignatam. Datum in Nysten in die b. Johannis ante portam latinam.

(Reg. IV, 691.)

1299, 25. Mai.

Coram Ottone, comite de Orlamunde, Hermannus de Menigsreuth monasterium in Lgh. ingrediens, eidem donat mansum in Wizmannsberge. Datum in festo b. Urbani.

(Reg. b. IV. 691.)

1299, 17. Jun. pag. 287.

Ego Conradus miles et Cuno patruus meus et Albertus frater meus dicti de Hesseburg profitemur, quod discreti viri Hermannus quondam Helmerici filius et Helmricus patruus suus, cives in Lichtenfels dicti von der Eichen nobis bona in recompensam dictorum bono-

rum in villa Gossenberg, quorum ius feudi ad strenuum virum Fridericum de Ratzenberg spectabat, assignaverunt. Ad preces dictorum Hermanni et Helmrici bona villae zu der Eichen abbati et conventui in Lgh. appropriamus. Sigilla nostra. — Datum anno 1299, XV Cal. Julii. Praesentibus fratre Bertholdo magistro curiae in Tambach, fratre Alberto de Schalcken, fratre Hildebrando, fre. Helmerico dicto Isenwinter, monachis et conversis in Lgh., Christiano de Coburg officiato, Heroldo dicto Snabel ac Petro eius filio civibus Coburgensibus.

(Reg. b. IV, 693.)

1299, 1. Jul.

Mediantibus abbatibus H de Ebra et Hermanno (mel. Hartmanno) de Lgh., Eberhardus miles de Massbach moio. in Marienburghausen remittit postulationes suas. Dat. et act. in Bilhilthusen in octava b. Joannis. Bapt.

(Reg. b. IV, 693.)

1299, 20. Dec. pag. 288.

Nos frater Hartmannus abbas et conventus in Lgh. profitemur, quod magister Waltherus exhibitor praesentium rector ecclesiae in Ostheim mogunt. dioecesis assignavit nobis centum libras hall., cum quibus comparavimus villam in Neusetze ac Alberto filio quondam Cunemundi de Giech, de qua villa tenemur dare magistro Walthero annis singulis decem libras hall. Et si hoc omitteremus, perdimus dominium dictorum bonorum et ipsa bona erunt magistri Waltheri vel tamen curia nostra in Windischen-Giech erit sibi pro dictis centum libris obligata. Ipso autem magistro Walthero defuncto de bonis dabitur fratribus in suo anniversario servitium

de panibus triticeis, piscibus ac vino, nec non ipsius memoria in missis habeatur. Si hoc omissum fuerit, ipsa bona debent esse monasterii Ebracensis. Sig. abbatis. — Testes: fr. Henricus prior, fr. Joannes rector de nemore, fr. Wilhelmus pptus., fr. Henricus camerarius monachi in Lgh., Waltherus et Conradus filii quondam Brunwardi cives bbgis. Actum et datum in Bamberg anno 1299, in vig. s. Thomae apostoli. Nos Joannes praepositus, Rudolphus decanus maioris ecclesiae in Bamberg sigilla nostra impendimus.

(Reg. b. IV, 705.)

1299, 21. Dec. pag. 289.

Nos Cunemundus can. maioris ecclesiae bbgis. et Albertus laicus, filii quondam Cunemundi militis de Gich constare volumus, quod cum consensu Elisabeth uxor Alberti omnia bona in Neussetze, in Oberstenfeld et in Dabermannsdorf emenda dedimus coenobio langhi. pro centum et viginti sex libris den. bbg. Sig. nostra, ac patruorum nostrorum Conradi laici de Gich et filii sui Conradi can. maioris ecclesiae bbgis. — Testes: dominus Henricus de Thanne, can. maioris ecclesiae bbgis., Albertus de Steinach can. s. Mariae in Theuerstat, Waltherus et Conradus filii quondam Brunwardi, Reymarus monetarius, cives bbgis., Sybito et Henricus de Biberbach nostri famuli. — Acta in Bamberg anno 1299, in die b. Thomae apostoli.